modo pro omne ꝙ in genere cauſe efficientis cauſat: et ſic agens communis eſt mouente: vt patet ex ſeptio metaphyſice commento. 31. Ad confirmationem primam dicitur ꝙ ⁊ illud ⁊ ſimilia intelligenda ſunt de pductiõe phyſica. ſ. per motum ⁊ mutationem. Similiter dicitur ad ſecundum. Ad auctoritates commentatoris adductaſ ⁊ ſimiles ſibi dicitur ꝙ loquuntur de agente proprie dicto ⁊ productione phyſica: vel contra poſitionem Auicene ꝙ vnum ab vno emanet. Ad rationem ſecundam cõceſſa maiore negatur minor. ſtat enim apud Ariſtotelez commentatorez ⁊ ſan. Thomaz ⁊ veritatem aliquid eē ab alio effectiue ⁊ tamen eſſe neceſſariuz ex ſe. Ad cuius euidentiam notanda ſunt quattuor propoſitiones. prima eſt. Poſſibile ex ſe eſt id quod habet in ſeipſo potentiaz ad nõ eſſe. patet iſta ex terminis: ideo eniz aliquid eſt in ordine poſſibilium ⁊ non ordine neceſſariorum. quia habet in ſe ipſo potentiam ad non eſſe. Si enim careret potentia ad non eſſe impoſſibile eſſet ipſum non eſſe. ⁊ ſic neceſſarium. eſſet illud eſſe. Secunda propoſitio eſt id ſolum habet in ſe ipſo potentiaz ad non eſſe cuius aliquid habet potentiam ad aliud eſſe patet iſta ex eo ꝙ nulla potentia per ſe primo appetit non eſſe: omnis enim appetitus per ſe tendit ad aliquid eſſe. ſed quia cum illo ad qđ tendit non poteſt ſtare eſſe quod habet. ideo ex conſequenti appetit non eſſe quod eſt priuatio forme quã habet. Sicut materia aque per ſe primo appetit formam ignis. ſed quia cum forma ignis non poteſt ſimul ſtare aque forma. ideo ex conſequenti appetit priuationem forme aque quaz habet potentia. ergo omnis appetens nõ eſſe prius natura appetit aliquod aliud eſſe. Notanter autem dixi in hac propoſitione cuius aliquid habet potẽtiam. quoniam non totum appetit aliud eſſe ſed pars potentialis. non eniz tota aqua appetit eē ignis ſed eius materia. Tertia propoſitio eſt ꝙ neceſſarium ex ſe eſt illud quod caret potentia ad eſſe ⁊ non eſſe. patet iſta ex terminis ſcilicet metaphyſice textu commenti. 6. neceſſarium enim eſt quod impoſſibile eſt aliter ſe habere: quod autem caret potentia ad eſſe ⁊ non eſſe impoſſibile eſt aliť ſe habere: omnis enim ſucceſſio dicitur ſic ad aliter ſe habere ſit per poſſe hoc eſſe perdere ⁊ aliud acquirere. Quarta propoſitio eſt ꝙ nec intelligentie nec corpora celeſtia habent aliquid ſui quod ſit in potentia ad aliud eſſe Illa quo ad intelligentias eſt per ſe nota quia ſunt ſimplices forme: quo ad corpora celeſtia ṽo ſecundum Auerroim ſimiliter dicendum eſt quia ſunt ſubſtantie ſimplices apud ipſuz. ſecundum aũt ſanc. Thomam ex eo eſt vera ꝙ materia cuiuſqz corpz non eſt capax niſi forme quã habet. Ex quibus quattuor propoſitionibus ſuccincte declaratis. patere poteſt ꝙ ſecundum veritatem intelligẽtie ⁊ corpora celeſtia ſunt neceſſaria ex ſe arguendo ſic. omne carens potentia ad eſſe ⁊ non eſſe eſt neceſſarium ex ſe. Intelligentie ⁊ corpora celeſtia carent potentia ad eſſe ⁊ non eſſe. ergo ⁊c. Cum hoc tamen ſtat ꝙ ſint effectiue ab alio. poteſt eniz vnum neceſſarium eſſe effectiue ab alio neceſſario. vt dicitur octauo phyſicorum textu commenti. 15. ⁊. 5. metaphyſice. textu commenti. 6. Unde intelligentie ⁊ corpora celeſtia dupliciter ſunt neceſſaria ⁊ ex ſe ⁊ ab alio ex ſe quidem formaliter ⁊ intrinſece ab alio ṽo effectiue ⁊ extrinſece. Unde cõmentator 12. metaphyſice commento. 41. dicit ꝙ non poteſt eſſe aliquid poſſibile ex ſe: neceſſarium vero ex alio niſi motus ⁊ non dixit impoſſibile eſt aliquid eſſe. neceſſarium eſſe ex ſe ⁊ ex alio: ⁊ cuz hoc inſpexeris fugabuntur omnes dubitationes ĩter dicta eius in de ſubſtantia orbis ⁊ hic reputauit enim impoſſibile. niſi in motu aliquid eē neceſſarium ex alio preciſe pro nunc ſufficiant.

¶ Sequitur textus.

¶ Omne autez quod recepit aliquid ab alio eſt in potentia reſpectu illius ⁊ hoc quod receptum eſt in eo eſt actus eius. ergo oportet ꝙ ipſa forma vel quiditas que eſt intelligentia ſit in potentia reſpectu eſſe quod a deo recepit. ⁊ illud eſſe receptuz eſt per modũ actus ⁊ ita inuenitur actus ⁊ potentia in intelligentiis non tamẽ forma ⁊ materia niſi equiuoce. Unde etiam pati recipere ſubiectum eſſe: et omnia huiuſmodi que uidentur rebus ratiõe materie conuenire equiuoce conueniunt ſubſtantiis intellectualibus ⁊ corporalibus. ut in tertio de anima cõmentator dicit.

¶ In hac quinta particula declaratur talis concluſio intelligentie ſunt compoſite ex actu ⁊ potentia quo eſt ⁊ quod eſt: ſic omne quod recipit aliquid ab alio effectiue eſt compoſitum ex recipiente potentia ⁊ actu recepto. intelligentie recipiũt aliquid ab alio ſcilicet eſſe a deo. ergo intelligentie ſunt compoſite ex potentia ⁊ actu. Maior ex eo patet ꝙ nihil eſt in ſe ipſo. Minor autem ex precedentibus nota eſt ⁊ quãuis ſic ſit ꝙ ĩ itelligentiis inueniatur actus ⁊ potentia non tamen habent formam ⁊ materiam. In plus enim ſe habent actus ⁊ potentia q̃ forma ⁊ materia: vnde pati recipere ⁊ ſubiici ⁊ ſimilia que ſunt paſſiones materie equiuoce in inferioribus ⁊ ſuperioribus reperiuntur. alia enim eſt ratio recipiendi ibi. ⁊ hic ibi abſqz omni motu ⁊ materiali conditione. in iſtis vero non niſi cum motu ⁊ indiuidualibus conditionibus vt ⁊ commentator teſtatur tertio de anima. commento. 14°.

¶ Sequitur textus.

¶ Et quia ut dictum eſt intelligentie quiditas eſt ipſamet intelligentia. ideo quiditas uel eſſentia eius eſt ipſum quod eſt ipſa ⁊ eſſe ſuuz receptum a deo eſt id quo ſubſiſtit in reruz natura: ⁊ propter hoc a quibuſdam huiuſmodi ſubſtantie dicuntur componi ex quo eſt: ⁊ qđ eſt uel ex quo eſt ⁊ eſſentia ut Boetius dicit.

¶ Aſſignat rationem quare intelligentie dicuntur compoſite ex quo eſt ⁊ quod eſt: omne compoſitum ex quiditate que eſt ipſum ſuppoſitum ⁊ eſſe eſt compoſitum ex quo eſt ⁊ quod eſt intelligentie ſunt compoſite ex quiditate que eſt ipſa intelligentia ⁊ eſſe quo ſubſiſtunt. ergo ſunt compoſite ex quo eſt ⁊ quod eſt omnia aſſumpta ex pdictis ſũt mãifeſta. ¶ Circa ſupra dicta due dubitationes ſunt. prima eſt an eſſe actualis exiſtentie ⁊ eſſentia diſtinguantur realiter. Secunda eſt an intelligẽtie ſint compoſite ex actu ⁊ potentia. Circa primam tria agẽda ſunt primo ponetur opinio ſcoti. Secundo ponetur opinio ſan. Thome. Tertio reſpondebitur argumentis in oppoſitum. Quo ad primam Scotus in 3° ſententiarum diſtinctione. 6ª. q. prima opinatur eſſe actualis exiſtentie ⁊ eſſentiam rei eē idem realiter. ſʒ diſtinguantur ex natura rei ſicut modus intrinſecus: ⁊ quiditas cuius eſt ſicut nec albedo diſtinguiť a ſuo mõ itrinſeco. gradu .ſ. vt tria vel vt quattuor. Ad probanduz autem hoc licz adduci poſſint rationes Scoti. quia tamen vnionem nature humane cum ſuppoſito diuino concernunt decem rationes inductas ab Antonio trombeta ĩ quolibeto ſuo nunc recitandas primo cenſui. primo arguit vt ipſe dicit contra fundamentum thome ſic manente eadem ratione manet idẽ effectus. ſed tota quare ponitur ab iſtis eſſentiam differre ab eſſe propter indifferentiam eſſentie ad eē ⁊ non eē. nam vt dicunt lapis eſt in potentia vt ſit ⁊ non ſit. ergo vbi talis in differentia inueniť ibi ponẽda ẽ talis diſtinctio. ſed ita ẽ quod ẽ ꝯſimilis in differẽtia eſſe ad eſſe ⁊ non eſſe. eſſe enim roſe in hyeme non eſt in vere autem eſt. Conſimilis etiam in differentia eſt eſſentie ad eſſentiam ⁊ non eſſentiaz. eſſentia nãqz creature ab eterno non eſt: ergo eſſe differt realiter ab eſſe ⁊ eſſentia differt ab eẽntia quod eſt ridiculum. ¶ Preterea quandocunqz ſunt aliqua duo eſſentialiter ordinata ⁊ realiter diſtincta. Prius poteſt ſine contradictione fieri abſqz poſteriori. ſed eſſentia non poteſt fieri ſine exiſtentia. ergo minor patet. quia eſſentia particularis que ſola ſit neceſſario eſt exiſtens. ¶ Preterea quecunqz diſtinguuntur realiter ſe habent: ſicut res ⁊ res. ſed eſſentia ⁊ exiſtentia non ſe habent: ſicut res ⁊ res: ergo ⁊c. Patet illa quia res proprie loquendo conuertitur cum ente in actu actualitate exiſtentie. ¶ Preterea nulla res componit cum ſua realitate. ergo nulla quiditas differt realiter a ſua exiſtentia tenet conſequentia. quia exiſtentia eſt ipſa realitas rei. nihil enim aliud eſt dicere rem eē realiter q̃ exiſtere: ⁊ econuerſo. antecedens autem eſt de ſe notum. ridiculum eſt enim dicere ꝙ aliquid componat cum ſua realitate. ¶ Preterea homo verus non componit cum ſua veritate: nec homo affirmatus cum ſua affirmatione: ergo quiditas non componit cum ſua exiſtentia. conſequentia patet ex eo ꝙ rei exiſtentia nihil aliud eſt q̃ poſitio veritatis: ⁊ affirmatio eius. Antecedentis autem oppoſitum non videtur bene intelligibile. ¶ Preterea exiſtentia ⁊ eſſentia habent idem contradictorium: ergo non diſtinguuntur. conſequentia eſt nota. antecedens ṽo manifeſtatur ex eo ꝙ nihil eſt quod priuet eſſe quin priuet eſſentia. nec eſt aliud nihil priuans eē ⁊ aliud nihil priuans eſſentia. ¶ Preterea homo in potentia non componit cum homine in actu: ergo eſſentia ⁊ exiſtentia non componunt. ⁊ conſequenter non realiter diſtinguũtur. conſequentia relinquitur per ſe nota: quia eſſentia eſt in potentia. exiſtentia vero eſt actualitas eius. antecedens vero patet ex eo ꝙ actus ⁊ potentia diuidunt ens. vt conditio diminuens ⁊ perficiens ſicut verum ⁊ pictum diuidunt animal. vt commentator dicit nono metaphyſice. commento ſeptimo. homo ergo in potentia cum non ſit homo ſimpliciter cum ſit homo in actu ſolam conditionem diſtrahentem perdit poſitum ſub conditione perficiente. ⁊ ſic nullam compoſitionem habet cum homine in actu. Preterea eſſe exiſtentie ſi eſt diſtinctum realiter a quiditate non eſt ſubſtantia: nec accidens. ergo probatur antecedens. ꝙ eniz non ſit accidens vt conceſſum ponatur. ꝙ autem non ſit ſubſtantia probatur: quia aut eſt materia: aut forma: aut compoſitum nullum illorum eſt apud Thomaz: ergo. ¶ Preterea exiſtentia ⁊ eſſentia diſtinguũtur realiter: ergo in qualibet generatione ſubſtantiali ſunt duo termini totales. ⁊ duo termini formales. conſequẽs eſt impoſſibile: ergo ⁊c. conſequentia probatur quo ad vtrãqz partem ſupponendo duo. Primum eſt ꝙ compoſitum per ſe vnum ſit ex per ſe actu: ⁊ per ſe potentia ex octauo metaphyſice. vbi nullam cauſam nouit Ariſtotiles quare compoſitum ſubſtantiale eſt per ſe vnum niſi quia materia eſt per ſe potentia. forma vero per ſe actus. ſecũdo ſupponiť ꝙ eſſentia eſt per ſe potentia. exiſtentia vero per ſe actus. Ex quibus concluditur ꝙ id quod reſultat ex eſſe. ⁊ eſſentia eſt per ſe vnum quo dato ſequitur ꝙ erunt duo compoſita per ſe vnitatem habentia quorum alterum erit compoſitum ex materia ⁊ forma: alterum ex eſſe ⁊ eſſentia. ⁊ cum vnumquodqz per ſe vnum natum ſit terminare generationem: ergo in generatione erunt duo termini totales. ⁊ ſic patet. prima pars: erunt etiam duo termini formales ſcilicet exiſtentia. ⁊ forma ſubſtantialis: quod etiam probatur ſic terminus formalis generationis eſt id quo aliquid generatur. ſed tam exiſtentia q̃ forma eſt id quo aliquid generatur. ergo probatur minor ſic eo modo quo aliquid eſt ratio eſſendi eſt ratio generandi. ſed exiſtentia eſt ratio eſſendi. ergo eſt ratio generandi. Uel formetur ſic ratio eo modo quo aliquid generatur eo modo eſt. ſʒ per te ipſum compoſitum non generatur per eſſe ſic ꝙ eſſe ſit terminus generationis: ergo non habebit eſſe per ipſum eſſe. conſequens eſt falſum: ergo altera premiſſarum nõ maior: ergo minor. ¶ Preterea ex exiſtentia ⁊ eſſentia ſit per ſe vnum. ergo datur proceſſus in infinitum in eſſentiis. conſequens eſt impoſſibile: ergo ⁊c. Antecedens etiam patet ex precedenti ratione ⁊ probatur ſic. Nam ſicut ex materia ⁊ forma reſultat tertium per ſe vnum: quia illa eſt per ſe potentia hec per ſe actus. ita ex exiſtentia ⁊ eſſentia cum etiaz exiſtentia ſit per ſe actus. ⁊ eſſentia per ſe potentia. eadem eniz ratio eſt. conſequentia autem probatur: quia ſi ex eſſe ⁊ eſſentia ſit tertium per ſe vnum cum illud iterum diſtinguatur a ſua exiſtentia componet cũ ea. ⁊ ex eis ſiet aliquod per ſe vnum. iterum arguitur eodem modo de illo. ⁊ ſic in infinitum. Hec de primo. ¶ Quo ad ſecunduz opinio Opi.s.T.
ſancti Thome ab eo poſita in ſecundo contra gentiles. capitulo. 52. eſt ꝙ in omni creatura quiditas ⁊ eius eſſe actualis exiſtentie diſtinguuntur realiter. ⁊ licet hec concluſio nunc in textu probata ſit. attamen ad pleniorẽ declarationem adducã duas probationes ex ſancto Thoma ibi prima eſt omnis eſſentia creata habet aliquid ſibi realiter cõiunctum preter ſuum eſſe nullum eſſe in receptum habet aliquid ſibi annexum preter ſe. ergo nullum eſſe irreceptum eſt eſſentia creature ⁊ conſequenter eſſe ⁊ eſſentia non ſunt idem. eſſet enim ipſum eē irreceptum ſi eſſet idem eſſentie ſicut. ⁊ ipſa eſſentia irrecepta eſt de ſubſtantiis loquendo: maior eſt nota per ſe ſor. enim preter ſuum eſſe habet quantitatem albedinez ⁊ ſimilia: ſimiliter ſubſtantie ſeparate vt nunc ſupponimus habent aliquod accidens puta actum intelligendi ſaltem. Minor vero declaratur ex eo ꝙ ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis negatio erit cauſa negationis. ſed de preciſa cauſa quare eſſe habeat aliquid preter ſe annexum eſt: quia eſſe eſt receptum in alio in quo poteſt recipi aliud quod patet ex hoc ꝙ eſſe ſubſtantiale ſor. ⁊ eē album eiuſdem nulla alia ratione adunantur niſi qr vtrũqz recipitur in ſor. ſunt enim tantum vnum ſubiecto cuz ergo eſſe non erit receptum non remanebit aliquis modus quo poteſt habere aliquid ſibi annexum. Confirmatur hoc: quia eſſe ſubſtantiale ſortis: aut adunatur cũ aliis preter ſe identice. ⁊ hoc eſt manifeſte falſum. eſſe enim ſubſtantiale ſor. non eſt eſſe album. aut ſicut potentia ⁊ actus. ita ꝙ eſſe ſubſtantiale ſit potentia ⁊ accidentale actus eius. ⁊ hoc non: quia nullum eſſe actualis exiſtentie poteſt poni ſubiectum alterius cum ſit vltima actualitas. remanet igitur ꝙ ea ratione adunetur: quia ambo recipiuntur in tertio. ⁊ ideo ſublato hoc ab ipſo eſſe actualis exiſtentie ꝙ ſit ſcilicet receptum auferetur etiam ꝙ poſſit habere aliquid ſibi annexum. ⁊ hoc eſt ꝙ Boetius dicit in ebdomadibus ꝙ ipſum quod eſt aliquid habet ſibi preter ſe coniunctum. ipſum vero eſſe nihil. Secunda ratio ad idem eſt. Omne eſſe irreceptum eſt infinitum ſimpliciter nullum eſſe creature eſt infinitum ſimpliciter. ergo nullum eſſe creature eſt eſſe irreceptum: ergo diſtinguitur ab eẽntia ⁊c. minor eſt per ſe nota maior probatur ſic. omne puruz eſſe eſt infinitũ ſimpliciter. omne eſſe irreceptum eſt purum eſſe. ergo omne eſſe irreceptum eſt infinitũ. ſimpliciter maior eſt nota ex terminis. eſſe enim ideo eſt limitatũ: quia nõ eſt purũ. ſʒ in pdicamentis mixtũ. eſſe eniz limitať p naturas pdicamẽ

tales a quibus ſi depuretur omni ſinitate carens infini/tum omnino reſtabit. minor vero etiam patet ex precedẽ/ti ratione. ⁊ ex ratione facta ſupra in textu. ⁊ adhuc exẽ/plariter declaratur albedo ſi ponatur non recepta in ali/quo eſt pura albedo. ⁊ nihil haberet niſi ſe tantũ. ⁊ eẽt infinita in ſpecie albedinis vt de ſe clarum eſt. non enim poteſt a ſano intellectu imaginari albedo ſeparata defini/ta ad aliquem modum albedinis. omne enim quod eſt per ſe tale habet omnem perfectionem poſſibilẽ illi na/ture. Sic homo ſeparatus apud platonẽ habet omnem pfectionẽ poſſibilẽ nature humane. nec valet id qđ An/tonius trombeta ↄtra hoc dicit ſumptũ ex Scoto 2° ſen. Scotus. diſtin. 3ª. q. vltima. ꝙ ſi albedo eſſet ſeparata. ⁊ haberet omnem perfectionem poſſibilẽ tali ſpeciei ſequetur ꝙ albedo eſſet infinita ſimpliciter. quia haberet perfectio/nem infinitorum indiuiduorum poſſibilium eſſe ſub ſpe/cie albedinis hoc inquam nihil valet quoniam ſicut infi/nita indiuidua albedinis etiã ſimul poſita non ſunt per/fectionis infinite ſimpliciter cum ſint limitata ad ſpeciem albedinis. ita nec albedo ſeparata eorũ perfectiones ha/bens erit infinita ſimpliciter. ſed in tali ſpecie. Tertia ra/tio eſt iſta. id quod conuenit nature ſpecifice abſq̃ omni cauſa effectiua diſtinguitur realiter ab eo quod conuenit illi non niſi per aliquam cauſam effectiuã. ſed predicata quiditatiua cõueniunt rei abſq̃ omni cauſa effectiua. exi/ſtentia autẽ non conuenit res niſi per aliquod efficiens. ergo predicata quiditatiua ⁊ exiſtentia rei diſtinguuntur realiter. maior eſt per ſe nota. minor autẽ quo ad ſecun/dam partem eſt clariſſima. quo ad primam vero declara/tur ſic ſecluſa omni cauſalitate effectiua reſpectu roſe. q̃/ro an illa ſit vera roſa eſt ſubſtantia corporea ſi ſic habeo intentũ. ſi non ergo roſa abſolute ſumpta non eſt in pre/dicamento. ⁊ predicata primi modi poſſunt intelligi non ad eẽ rei. ⁊ diffinitio ſeparatur a diffinito: que omnia nõ ſunt imaginabilia ⁊c̃. Videtur etiam hec opinio ab anti/q̃s deriuata Platone ſcilicet Alpharabio: Auicena: Al/gazele: Boetio: Hilario: Alberto: ⁊ eorum ſequacibus lʒ ab Ariſtotile nihil manifeſti in hac re habeamus. Hec de ſecundo. ¶ Quo ad tertium reſpondetur argumen/tis in oppoſitum. ⁊ ad primũ dicitur premittendo quod arguens non vidit ſanctum Thomam in fonte. vt enim apparet ex ſecundo contra gentiles: vbi ex intentione ſe/ptem rationibus fundat ſuam opinionem ſeu poſitionẽ non aſſumpta ab arguẽte nõ nominatur inter illas. vnde peccauit imponendo nobis hoc eſſe totum fundamen/tum poſitionis noſtre. ⁊ nec eſt mirum ſi in hoc errauit quoniam in omnibus que contra nos tenet ſe extendit ſi/cut mus ſuper farinã: licet illa ratio ex dictis ſancti Tho/me primo ſententiaꝝ. diſtinctione octaua. queſtione quar/ta. articulo ſecundo elici poſſit. vbi tamen de hac re non tractat. ⁊ eſt formanda ſic ratio illa eſſentia particulariter ſumpta eſt indifferens ad eſſe. ⁊ non eſſe. ergo diſtingui/tur realiter a ſuo eſſe nec valet reſponſio ſua dicens ꝙ in antecedente oportet addere ꝙ eſſentia habeat propriam realitatem aliam a realitate exiſtentie: quia hoc eſt volũ/tarium. diſtinctio enim realis eſt inter materiã ⁊ formã quas philoſophi non dubitant habere eandem realita/tem exiſtentie cũ ex eis ponant vnum per ſe fieri. ¶ Ad argumentum ergo contra hanc rationem factũ dicitur ꝙ falſũ eſt ꝙ eſſe ſit indifferens ad eẽ ⁊ non eſſe. ⁊ eẽn/tia ad eſſentiam ⁊ non eſſentiam. nihil enim eſt indiffe/rens ad aliqua duo quorum alterum ſibi determinat in ſua diffinitione. conſtat autem ꝙ eſſe eſt de intellectu eẽ ⁊ eſſentia de intellectu eẽntie. ꝙ autem eſſe roſe in hye/me non ſit. ſed in vere hoc eſt ideo quia eſſentia roſe cui ſemper ſua predicata quiditatiua adſunt ad actũ eſſendi non peruenit. ⁊ non ideo quia ipſum eſſe ſit indifferens: cum autem addit ꝙ eſſentia eſt indifferens ad eẽntiam. ⁊ non eẽntiam: quia non eſt ab eterno. non videtur intel/ligere vocem propriam. ex negatione enim actus eẽndi ab eterno bene ſequitur ꝙ roſa ſit indifferens ad eſſe ⁊ non eſſe: ſed non ꝙ ſit indifferens ad roſam ⁊ nõ roſam. vt enĩ dicunt Alpharabius: Auicena: Algazel: ⁊ Alber/tus: ſiue roſa ſit ſiue non ſit. ſemper eſt roſa ⁊ ſemper eſt ſubſtantia corporea ⁊c̃. Si aliquo termino menſuratur in his vti licet. ¶ Ad ſecundum negatur vtraq̃ premiſ/ſa ⁊ maior quidẽ ſuppoſita oſtenſa eſt eẽ falſa. Minor vero oſtenditur in Chriſto in quo humanitas abſq̃ crea/ta exiſtentia actuali eſt. ¶ Ad tertium negatur maior ad in/tellectum arguentis. non enim requiritur ad diſtinctio/nem realem ꝙ vtrũq̃ verum habeat propriam exiſten/tiam. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ ſicut eſſe. eſt duplex ſci/licet exiſtentie ⁊ eſſentie. ita duplex eſt realitas eſſentie ⁊ exiſtentie. ⁊ lʒ nulla res componat cũ ſua realitate eſſen/tie: tamen cum hoc ſtat ꝙ componat cum realitate exi/ſtentie. vnde eſſentia hominis abſolute in reali predica/mento ſubſtantie ſcilicet reponitur. poſita autem in rerũ natura ſit realis realitate exiſtentie. ¶ Ad quintum dici/tur eodem modo: quia etiam verum conuertitur cum ente ⁊ re. vnde ſimiliter homo dupliciter eſt verus ſci/licet veritate eẽntie ⁊ exiſtentie. homo verus veritate eẽn/tie non componit cum tali veritate que nihil aliud eſt q̃ fundamentalis cõformitas ad ſua predicata quiditatiua. componit autem cum ſua veritate exiſtentie: ideſt cuʒ eẽ quod fundat hanc veritatem homo eſt. ſimiliter dicitur de affirmatione. ¶ Ad ſextum negatur antecedens cu/ius probationis vtrũq̃ aſſumptum eſt falſum. Cũ enĩ quot modis vnum oppoſitorum dicitur. dicatur ⁊ reli/quum in primo topicorum. ſicut ens dupliciter dicitur ſci/licet ens quiditatiuum ⁊ exiſtentie. ita non ens ſeu nihil dicitur dupliciter ſcilicet nihil quiditatiue ⁊ nihil exiſten/tie. homo enim abſolute ſumptus cum ſit in predicamẽ/to ſubſtantie eſt ens quiditatiue nõ tamen extra nihil op/poſitum actuali exiſtentie. ⁊ ideo aliud eſt nihil oppoſi/tum enti predicamentali ſeu eſſentie. ⁊ aliud quod oppo/nitur exiſtentie actuali ⁊c̃. Et ſimiliter alia eſt negatio eẽn/tie. ⁊ alia eſt negatio exiſtentie. ¶ Ad ſeptimũ negatur conſequentia. non enim idem eſt dicere homo in poten/tia componit cum homine in actu: ⁊ eẽntia componit cũ exiſtentia. prima enim eſt falſa: quia idem non compo/nit cum ſeipſo. Secunda autem eſt vera: quia extrema realiter diſtinguuntur. vnde nõ eſt eadem proportio exi/ſtentie ad eſſentiam. ⁊ hominis in actu ad hominem in potentia. inter prima enĩ eſt proportio potentie recepti/ue ad actum. ⁊ diſtinctio realis vtroq̃ extremo poſito extra cauſas ſuas. inter ſecunda vero non. ſed eſt propor/tio eiuſdem ad ſeipſum ſm̃ diuerſas ſui diſpoſitiones ſi/mul impoſſibiles ſcilicet eſſe in potentia ⁊ eſſe in actu. ¶ Ad octauum negatur antecedens. exiſtentia enĩ ſub/ſtantie eſt ſubſtantia. ⁊ exiſtentia accidentis eſt accidens ⁊ vt ſupra patet exiſtentia ſubſtantie non eſt materia nec forma: nec compoſitum. ſed actualitas omnium eorũ. ⁊ ſic eſt reductiue in genere ſubſtantie. Sed ↄ hoc inſtat arguens ſic: omne quod eſt reductiue in genere reponi/tur vt principium ipſius. ſed eſſe non eſt principiũ ſub/ſtantie. ergo non eſt in genere ſubſtantie reductiue. Ad hoc dicitur ꝙ cuʒ eſſe ſit vltima actualitas rei. ⁊ vltimũ in generatione ſit primum in intentione eſſe erit in gene/ratione ſubſtantie vt principium formale vltimatũ ip/ſius ſubſtantie. per hoc enĩ res reponit̃ in genere ſub/ſtantie: quia eſt capax eſſe ſubſtantialis. ⁊ enim differen/tie in omnibus generibus. vt infra declarabitur ſumun/tur ab ordine apud ipſum eſſe. ¶ Ad nonum negatur conſequentia ad cuius probationem dicitur ꝙ primum ſuppoſitum male intellectum adducitur eo ꝙ Ariſtoti/les. 8°. metaphyſice. textu cõmenti. 15. quem arguens adducit non dicit ꝙ ex per ſe potentia. ⁊ per ſe actu re/ſultet vnum tertium. ſed ꝙ ideo res habens partes eſt vna: quia altera eſt actus. altera vero potentia ⁊ intelligen/dum eſt. ſicut ſupra declaratum fuit. ſ. ꝙ altera pars eſt



pura potentia eo ꝙ ex duobus actibus non ſit tertium per ſe vnum modo quiditas rei. ⁊ exiſtentia eius non ſe habent ſicut pura potentia ⁊ actus vt patet. vnde aucto/ritas illa non eſt ad propoſitum. Relinquitur ergo fal/ſum eſſe ꝙ ex eſſe ⁊ eſſentia fiat tertium per ſe vnum ⁊ conſequenter probatio conſequentie quo ad primã par/tem nihil valet. quia nõ ſunt ibi duo compoſita. Ad pro/bationem vero conſequentie quo ad ſecundam partẽ di/citur ꝙ non inconuenit generationem habere duos ter/minos. primus eſt forma. ſecundarius autem eſſe ſicut per oppoſitum creationis terminus formalis. Primo eſt eſſe. ſecundarius vero forma. ⁊ hoc modo conceduntur argumenta: ꝙ ſi intendat probare ꝙ eſſe ſit termi/nus generationis. Primo reſpondetur ⁊ dicitur ꝙ id quod aſſumit ſcilʒ eo quo aliquid eſt ratio eſſendi eſt ra/tio generandi falſum eſt. licet enim ſit verũ ꝙ id quod eſt ratio eſſendi ſit ratio rei ꝙ generetur. non tamen eſt verum ꝙ eomodo quo eſt ratio eſſendi. ſit ratio gene/randi. ⁊ ratio eſt quia res per generationem non exit de non eſſe omnino ad eſſe. ſed de priuatione ad formã vt dicitur primo phyſicorum. creationis enim eſt propriũ vt res transferat de nõ eſſe omnino ad eſſe: quo ſit vt eẽ quod eſt. primo ratio eſſendi merito ſit. ⁊ primo ratio pri/me productionis que eſt creatio ⁊ forma eſt que ſecun/dario ratio eſſendi. ſit primo ratio ſecunde productionis generationis. ſ. vnde ⁊ primo phyſicorum. principia ge/nerationis ponuntur forma ⁊ priuatio. per idẽ patet ad ſecundam formam eiuſdem rationis. falſa enim eſt ma/ior. alius nãq̃ ẽ modus quo res generatur. ⁊ alius quo eſt. eſt enim per formam ſecundario. per eſſe autẽ pri/mo generatur vero ecõuerſo. Ad decimũ patet reſpon/Dubium ſio ex dictis. falſum enim eſt antecedens. ¶ Circa ſcđm dubium ſciendum eſt cõmunem philoſophorũ ſenten/tiam eſſe intelligentias alias a prima nõ eẽ actus omnino purus. ſed admixtionem in ſe potentie habentes. verũ diuerſitas inter eos magna eſt de modo quo hec duo. Actus. ſ. ⁊ potentia eis inſunt. Et vt reliquos obmitta/Opio ſco. mus ne limites intentionis noſtre egrediamur: Sco. in primo ſen. diſtin. quinta. q. ſecũda. opinatur omnẽ crea/turam eẽ compoſitã ex actu ⁊ potentia. hoc modo quia quelibet creatura cuʒ non ſit nihil oportet ꝙ habeat ali/quam actualitatem. ⁊ cum ſit definita ad tale genus vel ſpeciem ſeu gradũ perfectionis oportet ꝙ habeat in ſe negationẽ alterius perfectionis poſſibilis reperiri in la/titudine entis. ⁊ ſic ſit poſſibilis. quicquid enim eſt ens ⁊ caret aliqua pfectione in ente poſſibili eſt ſimpliciter poſſi/bile. ⁊ ſic quelibet res eſt cõpoſita ex actu ⁊ potẽtia obie/ctiua. ex eo enim ꝙ eſt habet in ſe actum. ex eo vero ꝙ eſt ens poſſibile habet in ſe potentiam: poſſibile nãq̃ a po/tentia dicitur. Cum autẽ ſolus deus ſit actus non poſſi/bilis. i. non potens terminare actionem alicuius agentis ſui factiui: intelligentie apud ipm̃ erunt compoſite ex ac/tu ⁊ potentia obiectiua tantũ: quia nullam in earũ ſubſtã/Opi. ſ. T. tia receptam formã ponit. Sanctus Thomas autẽ ex fundamentis in dubitatione precedẽte poſitis opinatus intelligentias ⁊ quãlibet creaturam eſſe compoſitas ex actu ⁊ potentia ſicut ex duabus rebus diſtinctis realiter eſſe. ſ. ⁊ eſſentia. nec oportet repetere probationes. ſʒ ſol/uere rationem Scoti quã ibidẽ facit contra hoc. arguit enĩ ſic ſi in qualibet creatura eſt cõpoſitio ex duabus re/bus accipio alterã illarũ rerũ componentiũ. ⁊ quero an ſit ſimplex an compoſita ſi ſimplex: ergo non quelibet res creata eſt compoſita. Si compoſita iterũ queretur de partibꝰ eius. ⁊ ſic in infinitũ. Ad hoc facillime reſpõ/detur: procedit enĩ argumentum ex malo intellectu po/ſitionis noſtre cum nãq̃ dicitur ꝙ quodlibet aliud adeo eſt compoſitum ly quodlibet diſtribuit non niſi pro his que vere ſunt ⁊ proprie eſſe habent: que apud Ariſtoti/lem ⁊ veritatẽ ſunt ſola ſubſiſtentia. omne ergo ſuppo/ſitũ tam ſubſtantiale q̃ accidentale (ſi ſic loqui licet) eſt compoſitum ex actu ⁊ potentia realiter diſtinctis quidi/tate. ſ. ⁊ eſſe. ſoꝛ. enim quiditas vt declarauimus diſtin/guitur realiter a ſuo eſſe. ⁊ huius albi albedo diſtinguit̃ realiter a ſua propria exiſtẽtia: vt ex dictis patere poteſt. non enĩ ſumus adeo inſenſati vt dicamus omnẽ entita/tem qualitercunq̃ eſſe compoſitã. componentia enim vltima in reſolutione quis dubitat oportere eſſe ſimpli/cia. Dicimus igitur in propoſito intelligentias cum ſubſi/ſtant habere in ſe quiditatem ⁊ exiſtentiam adunatas vt potentiam ⁊ actus. ⁊ ſic compoſitas eſſe ex duabus re/bus realiter diſtinctis. Sco. autẽ ſcientiam tenere poteſt ſuã. abſq̃ alterius leſione. ſed linguã cohercere debet.

¶ Sequitur textus.

¶ Et q̃a in intelligentiis ponit̃ potentia ⁊ ac/tus non erit difficile inuenire multitudinẽ in/telligentiarum quod eſſet impoſſibile ſi nulla potentia in eis eſſet. vnde dicit cõmentator in tertio de anima. ꝙ ſi natura intellectus poſſi/bilis eẽt ignorata nõ poſſemus inuenire mul/titudinem in ſubſtãtiis ſeparatis. eſt ergo di/ſtinctio earum adinuicem ſm̃ gradum poten/tie ⁊ actus. ita ꝙ intelligentia ſuperior q̃ plus ꝓpinqua eſt. primo habet plus de actu ⁊ mi/nus de potentia. ⁊ ſic de aliis. ⁊ hoc cõpletur in anima humana que tenet vltimum gradũ in intellectualibꝰ ſubſtantiis. vnde intellectus potentialis eius ſe habet ad formas intelligi/biles ſicut materia prima que tenet vltimum gradum in eſſe ſenſibili ad formas ſenſibiles. Vt cõmentator tertio de aĩa dicit. ⁊ ideo phi/loſophus cõparat eam tabule raſe in qua ni/hil eſt depictũ. ⁊ propter hoc quia inter alias ſubſtantias intelligibiles plus habet de potẽ/tia: ideo efficitur intãtum propinqua rebꝰ ma/terialibus ut res materialis trahatur ad parti/cipandum eſſe ſuum: ita ꝙ ex anima ⁊ corpo/re reſultat unum eſſe in uno compoſito q̃uis illud eſſe prout eſt anime nõ ſit dependens a corpore. ⁊ ideo poſt iſtam formã que eſt ani/ma. inueniuntur alie forme plus de potentia habentes ⁊ magis propinque materie intan/tum ꝙ eſſe earum ſine materia non eſt in qui/bus etiam inuenitur ordo: ⁊ gradus uſq̃ ad primas formas elementorum que ſunt pro/pinquiſſime materie. unde nec aliquam ope/rationem habent niſi ſm̃ exigentiam qualita/tum actiuarum ⁊ paſſiuarum ⁊ aliorum: qui/bus materia ad formam diſponitur.

¶ In hac ſexta ⁊ vltima parte huius capituli de multi/tudine intelligentiarum agens. primo proponit duas cõ/cluſiones quarum prima eſt ꝙ ſm̃ fundamentis predi/cta non eſt difficile inuenire pluralitatem intelligentiarũ. Secunda eſt ꝙ abſq̃ talibus fundamentis impoſſibile eſt inuenire in eis pluralitatem. ⁊ hoc quidem non niſi auctoritate cõmentatoris. tertio de anima cõmento. 14. probatio prime vero concluſionis ratio eſt quia q̃ncũq̃ eſt aliquod mediũ per participationẽ vtriuſq̃ extremi plurificat̃ penes maiorẽ participationẽ vnius ⁊ minorẽ alterius. v. g. ĩponat̃ nomẽ colorib' mediis ⁊ vocent̃. a. tũc. a. q: eſt inter albedinẽ ⁊ nigredinẽ mediũ per parti/cipationẽ multiplicatur ĩ plures ſpecies puta palidũ cro/ceũ citrinũ ꝓpter maiorẽ appropinquationẽ ad albedinẽ

⁊ receſſum a nigredine ⁊ ecõuerſo. ſed intelligentia eſt quid mediū ſm̄ prehabita inter duo extrema. ſ. actū purum: ⁊ purā potentiā participans naturā vtriuſqꝫ: quia habet actū cõiunctū potentie. ergo intelligentias plures eē ex hoc fundamento facile ꝑpendi poteſt. ſ. eo ꝙ ſunt cõpoſite ex actu ⁊ potentia. Ad hoꝝ euidentiā eſt ſciendum ꝙ in latitudine entis ſunt duo extrema. ſ. deus glorioſus actus purus omnino: ⁊ materia prima pura potentia omnino. Reliqua omnia ſunt inter media vtpote habentia actum ⁊ potentiā. ⁊ attenditur eoꝝ eſſentialis ſeu ſpecifica multitudo penes appropinquationē ⁊ elongationem ab extremis. quia eniꝫ aliqd magis ſapit naturam actus ꝗ̄ aliud: ⁊ illud ꝗ̄ aliud. ideo plura ſunt ⁊ dignitas in eis eſt penes maiorem ad proximationeꝫ ad extremū nobile. ſ. actū purum. ꝗ̄to enim res eſt actualior: ⁊ minus potētialis tāto nobilior. oēs igiꝉ forme intermedie ꝑticipant actū ⁊ potentiā. ſed inter eas quedā tm̄ actualitatis ſortite ſūt vt adeo ꝓpinque ſint actui puro ꝙ per ſe abſqꝫ materia ſubſiſtant vtpote ab ea valde elōgate: nō tamē ſine admixtione potentie cuius puritas eſt ratio materie ꝙ ſit extremuꝫ. ⁊ inter has tanta latitudo eſt ſm̄ maiorē ⁊ minorē participationeꝫ actus ⁊ potentie vt vltima earum tm̄ potentialitatis habeat ꝙ materiā informet. anima. ſ. intellectiua. hec eniꝫ inter oēs formas ſubſiſtentes elōgata eſt maxime ab actu puro ꝑpter qꝺ contingit ꝙ adeo appropinquat alteri extremo vt materiaꝫ ipſam recipiat. ⁊ ad eius eē trahatur. alie autē forme tm̄ potentialitatis habēt ꝙ a materia depēdent in eē. ⁊ fieri inter quas etiā magna latitudo inuenitꝉ dū quedā quibuſdam actualiores ſunt ꝙ ex opib⁹ cognoſcere potes. operatio eniꝫ fecit cognoſcere formā. vnde forme elementoꝝ que ſunt maxime potentiā habētes vtpote materie propinquiſſime nullius ſūt princi^a operationis niſi per māles qualitates. ſ. caliditatē frigiditatem. forme vo mixtoꝝ vtpote eleuatiores a materia altiori modo opanꝉ ſicut adamas trahit ferrū nō ratione caliditatis: aut frigiditatis. ſed ex nature proprietate. forme aūt animaliū lōge actualiores dignoſcunꝉ cū ſe ipſa mouenꝉ. ⁊ alia diſcernere ſtuemur. Ex his nō ſolum percipiꝉ ꝗ̄ facilis ſit aditus ad pluralitatem intelligentiaꝝ cognoſcendā. ſed etiā ꝙ impoſſibile eſt fingere illam abſqꝫ hoc fūdamento. quō enim latitudo pōt inueniri in eo qꝺ actu ⁊ potētia caret. Cōmune ē nāqꝫ oibus extremis: ſine extrema ſunt latitudinē in ſeipſis nō cōpati. eſſent eniꝫ vltima ⁊ nō vltima. vt de ſe pꝫ. ⁊ ideo opꝫ media eſſe illa in quibus latitudo queritur que vtriuſqꝫ extremi naturā ſapiant: ⁊ qꝛ intellectualē naturā quā ex hoc ꝙ intellectualis eſt ſcimus. actualitatē habeꝛ nō cognoſceremus habere potentiā admixtā niſi videremus animā noſtrā illam habere cū potentia equoce dicatur de potētia reꝝ intellectualiū. ⁊ de potentia reꝝ ſenſibilium. ⁊ ſine potentia non pōt intelligi multitudo ſubſtantiaꝝ intellectualiū. ideo cōmētator ait ꝙ ſi nō eſſet nota natura intellectus poſſibilis nō poſſemus intelligē pluralitatē in ſubſtātijs abſtractis. Notanda ſunt in hac littera tria. Primū eſt hoc ꝙ ex dictis cōmētatoris adduciꝉ ꝙ ſi nō eſſet nota natura intellectus poſſibilis non poſſemus ſcire pluralitatē in ſubſtātijs imaterialibus. Scōm eſt ꝙ ſanctus Thomas nō dicit materiā intellectiuā eſſe adeo potentie participē vt forma materialis ſit. ſꝫ vt materia trahatur ad participandū eē ipſius aīe. tertiū eſt: qꝛ dicit anime ⁊ corporis eſſe vnū. ⁊ idē eſſe qꝺ eſt indepēdens a corpore. Primo dicto videtur obuiare ꝓceſſus Ariſtotelis. 12. metaphyce. tex. cōmēti. 43. vbi ex pluralitate motuū pluralitatē intelligentiarū concludit. ⁊ nullo modo meminit actus ⁊ potētia. Sed hoc recte intelligētibus nō obſtat. aliud eſt eniꝫ ꝯcludere numeꝝ motoꝝ: ⁊ aliud eſt ꝯcludere pluralitatē ſubſtātiaꝝ intellectualiū: ſꝫ enim idē ſubo ſit motus orbiū. ⁊ ſubſtantie imateriales. differunt tamē ratione adeo vt ad diuerſas ſcientias pertineant ſm̄ ꝯmētatorē. 12. metaphyce. cōmento. 6. ⁊ ideo ex pluralitate motuū quāuis pluralitas motoꝝ. vt ſic ꝯcludi poſſit. nō tamen pluralitas ſubſtantiaꝝ intellectualiū vt ſic. Intēdūt igiꝉ Auerois. ⁊. ſ. Tho. ꝙ intelligentiaꝝ inquātū intelligentie ſunt multitudo non niſi per notā naturā intellectus poſſibilis diſcerniꝉ a nobis: ſꝫ etiā inquātū motrices ſunt orbiū ex ſuoꝝ effectuū numero. pluralitas inferaꝉ: Uel dicito ꝙ venatio illa ſuppoſita noticia habita in libro de anima. vbi radicaliter innotuit pluralitas ſubſtantiaꝝ intellectualiū poſſibilis queriꝉ ex numero motuū quot ſunt. ꝙ aūt ibi ſupponaꝉ motores ꝓprios orbiū habere potentiā admixtā poteſt perſuaderi ex eo ꝙ ſupponiꝉ ibi. ſ. motores ꝓprios orbiū eſſe ꝓportionatos ſuis orbibus. ita vt vnus vnū tm̄ moueat orbē. ⁊ ſi ſtella addereꝉ vel nō moueret vel tardius vt dicitur 2° celi. tex. cōmenti. 71. Talis eniꝫ ꝓportionis ſeu cōmēſurationis cū alteꝝ extremū ſit res materialis. ſ. orbis: reliquū extremū a potentia omnino denudatū putādū nō eſt imo a ſano intellectu nō eſt intelligibile. Propter 2^m intelligendū eſt inueniri duplicē rerū ordinē in vniuerſo intelligibiliū. ſ. ⁊ ſenſibiliū ordo ſenſibiliū materialis eſt. materiā ſibi neceſſario vēdicans. oēs enim ſubſtātie ſenſibiles materiā habent: ſꝫ diuerſimode. vt diciꝉ. 8. metaphyce. tex. cōmētoꝝ tertij. ⁊. 12. ordo intelligibiliū imaterialis eſt. ⁊ a materia nō dependens. Intelligibile ē vnūquodqꝫ ꝑ ſepationē a materia. vt diciꝉ 3° de anima. tex. cōmēti. 11. Cū ergo materia ſit ſub aliq̄ forma ſenſibilis ordinis cuiuſmodi eſt oīs forma habens oēs vires ſuas ſenſibilibus organis affixas non egrediꝉ limites ꝓprios. ipſa eniꝫ ad illud genus ꝑtinet: cū vo ſit ſub forma intelligibilis ordinis extra limites ſuos aſcendit. ⁊ trahi dī ad id qꝺ capacitatē eius trāſcendit. ſ. eē rei a ſe nō depēdentis. ⁊ qꝛ ſupremū infimi attingit infimū ſupremi ſm̄ doctrinā Dionyſij ī libro de celeſti hierarchia caplo. ideo ſupremū inter ſenſibilia homo. ſ. ſeu materia eius ꝯiungitur infime forme intelligibilis ordinis. ſ. aīe intellectiue. ⁊ eius eſſe participat. ⁊ ꝓpter hoc dī ꝙ materia trahitur ad eē eius. eleuatur enim materia ad ſuperius. Ad euidentiā tertij adducende ſunt rationes Scoti. Cōtra hoc dictū ſancti Thome. vt magis veritas eluceſcat. Sco. in quolibet. q. 9ª. ⁊. 4. ſen. diſtin. 43. q. pª. ſermonius contra hoc facit quoꝝ aliqua recitantur ab Antonio trombeta in. q. vtrum corruptum per potentiā diuinaꝫ poſſit idem numero redire in qua tam ipſe ꝗ̄ Sco. vbi ſupra. s. Tho. opinioneꝫ non ſuā attribuunt de eo ꝙ ibi querit. ⁊ hoc quia locuti ſunt non tota lege perſpecta. ⁊ iuxta Ariſtotelē ad pauca reſpicientes de facili enunciāt. Arguit ergo primo in propoſito. ſic eſſe aūt ⁊ habēs eſt idem ergo anima ꝯiuncta corpori non eſt ꝑfectior ſeipſa extra corpus: conſequens eſt contra. s. Tho. prima ꝑte. q. 89ª. vbi dicit animā habere perfectiorem ſtatum in corpore ꝗ̄ extra. cōſequentia anteꝫ probatur: quia nihil habens idem eſſe ex hoc ſolo eſt ꝑfectius ꝙ aliquid cōmunicat alteri: ſꝫ alterum perficiatur ex hoc. cōmunicare enim ſꝫ ſupponat perfectionem in cōmunicante: non tamen dat illam ei modo anima in corpore ſi ſemꝑ retinet idem eſſe nihil in corpore plus habet: niſi ꝙ cōmunicat eſſe ſuū corpori. ergo ex hoc nō eſt perfectior ſeipſa ſeparata. Et cōfirmatur quia ex hoc ſolo ꝙ cauſa nō cōmunicat aliquid nullā imperfectioneꝫ acquirit. ergo anima nō eſt imperfectior ſeparata. ſi idem eē retinet. nihil eniꝫ amiſit niſi ſui cōmunicationē corpori. Preterea anima habet idem eē cum homine. ergo homo nō eſt perfectior in eēndo ipſa anima in eēndo. cōſequens eſt falſum. conſequentia vo probatur: quia quecunqꝫ habent omnino idem eſſe ſunt eque perfecta in eēndo vel ſaltē id cui cōmunicatur illud eſſe non eſt perfectius in eēndo cōmunicante. Preterea homo vt homo eſt tertiū ens realiter diſtinctum ab vtraqꝫ ſui parte. ſ. anima ⁊ corpore. ergo homo habet proprium eē aliud ab eē partium ⁊ conſequenter non eſt idem eſſe anime. ⁊ hominis tenet cōſequentia: quia diſtinctū ens debet habere diſtinctuꝫ eē. Preterea eē hois in morte corrūpiꝉ: eē aūt aīe non corrūpiꝉ. ergo eē anime. ⁊ hominis nō ſunt idē ꝯſequētia plana eſt. ⁊ aꝰs ꝓbaꝉ qꝛ ſicut generatio terminaꝉ ad eſſe cōpoſiti. ſ. hominis. ita corruptio ad nō eē ipſius. Preterea hō poſt mortē non manet. ergo nec eſſe eius tūc vltra eē hois nō manet poſt mortē. ergo eē anime ⁊ hominis non eſt idē cū eſſe anime remaneat ꝓceſſus totus clarus eſt excepta prima ꝯſequentia que ꝓbaꝉ ex eo ꝙ nuſſius actuale eſſe inueniꝉ cū illud cuius eſt non inuenitur. Preterea in hoīe eſt alia for^a ꝑter aīaꝫ. ergo in eo eſt aliud eē preter eē anime ꝯſequentia eſt nota: qꝛ quelibet forma habet proprium eē. antecedens vo alias probatū eſt. Anteꝗ̄ ad argumenta hec rndeatur: aduertas primo fundamentū. ſ. 4. vniuerſaliter eē in omni cōpoſito nō inueniri niſi vnū eſſe ſubſtātiale actualis exiſtentie. De quo nūc ſermo eſt eo ꝙ vnā tantū formā ſubſtātialem in cōpoſito tenet. ab vna enim forma nō eſt niſi vnū eē ſubſtantiale: ſed inter eē hominis ⁊ eē alioꝝ hec diuerſitas eſt ꝙ ſꝫ tam eſſe hominis ꝗ̄ alioruꝫ ſit primo actus ſuppoſiti vt ꝙ in homine tamen totū cōpoſitū mendicat illud eē a forma cuius eſt primo actus vt proprij ⁊ cōpleti principij. in alijs vo cōpoſitis forma mēdicat illud a cōpoſito. ⁊ eſt ratio diſparitatis: qꝛ in ſolo homine qui ſupremū tenet locuꝫ inter ſenſibilia ordo inferior ſenſibilis. ſ. trahitur ad ordinē ſuperiorē intelligibilē ⁊ imaterialē. vnde eē hominis cū ab anima intellectiua fluat imaterialiter ⁊ altioris ordinis ꝗ̄ homo ſicut ⁊ ipſa anima. ⁊ ideo homo mēdicat illud ab anima cui eſt propriū vtpote ad ſuū pertinens genus. ⁊ inde eſt ꝙ poſt mortē hominis anima remanet eē. ⁊ enim propriuꝫ independens erat a cōpoſito corrupto. ⁊ ſic illud retrahēdo ad ſe ſubſiſtit. ceteroꝝ vo eē cū ſint eiuſdē ordinis cū compoſitis quibus attribuunꝉ ſicut ⁊ forme a quibus fluūt forme ipſe mendicant a cōpoſitis ſicut ⁊ fieri. ita ꝙ tādiu illo gaudent ꝗ̄diu in cōpoſitis ſunt. vnde corruptis cōpoſitis ipſe cū ſine exiſtentia remanere nō poſſint deſinūt ſtatim. Aduerte 2° pro ſolutione argumentoꝝ tres ꝓpoſitiones prima eſt ꝙ cum duplex ſit perfectio rei prima. ſ. ⁊ ſecūda res creata potens cauſare: ⁊ ſi nō efficiatur perfectior ſm̄ ꝑfectionem primā ex hoc ꝙ actu cauſat efficitur tamen ꝑfectior ſm̄ ꝑfectionem ſecundā: patet hoc ex tribus. primo ex eo ꝙ eſt magis in actu res actu cauſans re in potentia cauſante. opatio enim eſt actus ſecūdus cauſe. ꝑfectio aūt actualitatē ſequitur ſicut imꝑfectio potētialitatē. ſcōo patet ex eo ꝙ vnūquodqꝫ eſt perfectius ꝯiunctum ſuo fini ꝗ̄ ſeparatū. ab illo res aūt actu operans ꝯiuncta eſt ſuo fini intraneo qui eſt opatio iuxta illud ſcōi de celo ⁊ mūdo textu cōmēti. 17. vnūquodqꝫ eſt ꝓpter ſuā operationem. tertio patet idē ꝙ vnūquodqꝫ ꝗ̄tuꝫ eſt ſimilius deo tāto ꝑfectio eſt. res aūt actu cauſans eſt ſimilior deo ꝗ̄ nō actu cauſans: qꝛ nō ſoluꝫ aſſimilaꝉ deo ſm̄ hoc qꝺ eſt: ſed etiā ſm̄ hoc qꝺ eſt cōmunicare ſe alijs. ſcōa ꝓpoſitio eſt res eſt ꝑfecta ſimpliciter nō ꝓpter perfectioneꝫ primā: ſed ꝓpter vltimā hoc tradiꝉ a Boetio in libro de ebdomadibus dicēte intueor in rebus. aliud eē qꝺ ſunt ⁊ aliud eē qꝺ bona ſunt: ⁊ declaraꝉ a ſancto Tho. pª ꝑte. q. 5ª. argumēto pᵒ ad pᵐ. Ad cuius intellectuꝫ nota ꝙ vt idē dicit prima ꝑte. q. 6ª. argumento 3°. triplex eſt ꝑfectio rei. ſ. prima ſm̄ quā res ꝯſtituiꝉ in ſuo eē ſicut pª perfectio hominis eſt eē ſuū ſubſtātiale. ſcōa vo eſt ſm̄ quā eſt potens proxime ad ſuas ꝑfectas opationes ſicut vires anime ⁊ habitus eas informātes quibus homo in perfectā operationeꝫ poteſt exire. tertia aūt perfectio eſt ſm̄ quā ꝯiungitur ſuo fini ſicut ſpeculatio que homineꝫ ſubſtātijs ſepatis vnit. Manifeſtū eſt aūt nō eē hominē ſimpliciter ꝑfectū: qꝛ ſola nature bonitate gaudet: aut ꝙ a proprio fine procul eſt. vnde ordo entis ſimpliciter ad ens ſm̄ qd oppoſitus eſt ordo ꝑfecti ſimpliciter ad ꝑfectum ſm̄ qd ſm̄ nāqꝫ eſſe ſubſtātiale. homo ens ſimpliciter diciꝉ. ꝑfectus aūt ſm̄ qd. ideo enim qui nullā aliaꝫ ꝑfectionē habet: niſi qꝛ eſt homo ꝑfectus nō aſſeriꝉ ſimpliciter. ſed cū additione dicimus ꝙ eſt ꝑfectus ſm̄ eſſe ſubſtātiale. ſcōm vo eē accidentale quale eſt habituꝫ ⁊ opationū ens ſm̄ qd homo diciꝉ. ꝑfectus aūt ſimplicitē nihil enim tūc ſibi deficit eoꝝ q̄ ad ꝑficiendū hominē exiguntur. patet ergo intenta ꝓpoſitio ꝙ. ſ. res eſt perfecta ſimpliciter ex vltima ꝑfectione. tertia ꝓpoſitio eſt illa realis pars eſſentie ꝑfectior eſt in toto exiſtēs ꝗ̄ ſeparata. ⁊ declaraꝉ ſic vnūquodqꝫ eſt ꝑfectius cū eſt in cōplemēto ſui eſſe ſpecifici ꝗ̄ cū deficit ab illo. pars aūt eēntialis qn̄ eſt in toto. eſt in cōplemento ſue ſpeciei ad cuius integritatem eēntialiter ordinaꝉ. cū aūt eſt ſepata ab eo iam cū eſſe cōpleto ſpeciei nō eſt natura ſpecifica materiā ⁊ formaꝫ aggregante. ꝑfectior igiꝉ eſt in toto ꝑs eſſentialis ꝗ̄ ſepata. Ex quibus ad propoſitū deſcendendo dicimus ꝑfectiorē ſtatū habere animā itellectiuā in cōpoſito ꝗ̄ extra. eo ꝙ quādo eſt ꝯiuncta corpori habet nō ſolū perfectionē primā que eſt eſſe. ſed etiā perfectionē ſecundā influendo vires ſuas corpori ⁊ cōmunicādo ſe. ⁊ ſic ſimilior eſt deo ꝗ̄ ſepata ſꝫ deus omnino imaterialis ⁊ incōꝑonibilis ſit ſicut cor motū ſimilius eſt deo ꝗ̄ nō motuꝫ ſꝫ deus ſit omnino imobilis ꝑfectio enim eoꝝ cōſiſtit in hoc. Eſt preterea ꝑfectior in corpore: qꝛ in eo habet cōpletū eſſe ſpecificū ꝙ nō niſi partialiter optinet ſeparata ꝗ̄uis enim integrū eē exiſtere retineat ſepata qꝺ in compoſito habebat. nō tamē habet: tūc integrū eſſe eſſentie cōpletū in ſpecie eo modo quo nata ē habere. ſ. vt pars in toto ad qꝺ tamē habendū nō accidentaliter ſed eſſentialiter ordinaꝉ. vnde falſum eſt animā ſeparatā retinentem idē eſſe actualis exiſtētie. nihil niſi ſui cōmunicationē ex ſepatione ꝑdidiſſe. amiſit enim eſſe qditati ſpecifici integritatē qn̄quidē in ſua ſpecie integra nō manet. vnde ⁊ beatus. T. in qōnibus de aīa. q. pª ad. 16ᵐ. ait ꝑnci^a eēntialia alicuius ſpēi ordinari nō ad eē tm̄ ſed ad eſſe huius ſpeciei. ſꝫ igiꝉ anima poſſit per ſe eē. nō tm̄ in cōplemēto ſue ſpeciei eē ſine corpore. ¶ Ad primū ergo argumentorum negaꝉ ꝯſequentia cuius ꝓbationē patet ex prima ꝓpoſitione aſſumere falſum: ſꝫ eniꝫ cōmunicare ſupponat primā ꝑfectionē. in cōmunicāte: tamē ꝑficit ipſam ꝑfectione ſcōa qua res perfectior ſimpliciter dicitur. imo apud Dionyſiū ſupremū qꝺ ꝑticipāt creature de deo. eſt ꝙ cōmunicatiue ſunt. Dī 2° ꝙ etiā minor ꝓbationis eſt falſa. ſ. ꝙ anima ſeparata hoc ſolo careat. ſ. cōmunicatione ſui. vt patet ex 3ª propoſitione. caret eniꝫ integritate ſpecifici ſui eſſe. ⁊ hoc eſt pimū ⁊ principale qꝺ reddit imperfectiorē animā ſeparatā. ideo nāqꝫ caret perfectionibus ſecūdis: qꝛ caret integritate ſpecifica ⁊ nō ecōuerſo. Ad cōfirmationē patet ex prima ꝓpoſitione: quia cauſa creata ex hoc ꝙ cauſat habet ꝑfectionē ſecundā cuius priuatio imꝑfectio magna eſt: ⁊ in propoſito aliquid plus eſt: qꝛ anima ſeparata nō ſoluꝫ deſinit cōmunicare ſe ⁊ vires ſuas ſed eſt in ſtatu tali in quo impediꝉ a ſui ⁊ viriū ſuarum cōmunicatione. ⁊ hoc eſt ſignū imperfectionis nō modice. ⁊ ē ea quā diximus. ſ. ſeparatio a cōpleto eſſe qditatiue ſue ſpeciei vt expreſſe habetur a. s. Tho. in. q. de ſpiritu: creaturis. q. 2ª. ad 5ᵐ. ¶ Ad ſecūdum negatur ꝯſequentia ad probationē dicitur ꝙ cū eē ſit duplex quiditatiuū ⁊ exiſtentie actualis primū non remanet in anima niſi partialiter. homo vo habet illud integraliter. ⁊ ſm̄ tale eē homo eſt ꝑfectior in eēndo. quo ad eſſe aūt exiſtentie poteſt dici homo perfectior quo ad modū habendi hunc. ſ. quia habet illud vt ſuppoſitum anima aūt ſm̄ alium modum ꝑfectior dici poteſt inquātum. ſ. tale eſſe eſt ſibi ⁊ nō propriuꝫ modo ſupra declarato. vn̄ ſe habent in hoc homo ⁊ anima ſicut excedens ⁊ exceſſum. ¶ Ad 3ᵐ negatur ꝯſequentia de eſſe actualis exiſtentie loquendo. nō enim res diſtincta realiter ab alia habet aliam exiſtentiā. ab illa iam enim dictū eſt partes ⁊ totū habere idem eſſe. Cōceditur aūt ꝯſequentia de eſſe eſſentie. ſed hoc noſtro fauet ꝓpoſito. ¶ Ad 4ᵐ dicitur ſicut ante. ꝙ ſi ſit ſermo de eſſe eſſentie veꝝ aſſumitur in prima eius parte. ſed nō in ſecūda. liquet enim ex ſupradictis ꝙ eē ſpecificū cōpletū aīe corrūpitur. Si aūt ſit ſermo de eē exiſtentie pōt dupliciter intelligi. pᵒ ꝙ eē actualis exiſtentie hois deſinat ſimpliciꝉ. ⁊ ſic eſt falſuꝫ. retrahit enim aīa illud ad ſe. Alio mō pōt intelligi ꝙ eſſe hois in morte deſinat eē hois. i. deſinat informare hoieꝫ

Q̄uō pluralitas itelligētiaꝝ ex no^a intellectus poſſibilis habetur.

 

⁊ hoc modo ꝓcedit ſicut enim de generatione hoīs ſpecialem ſmonem facimus: ⁊ nō ſicut d. ceteroꝝ ꝓpagatione aīaliū dicente Ariſtotile in 2° de generatione aīaliū caplo 5° ꝙ itellectus tm̄ venit ex extrinſeco. ⁊ ipſe ſolus eſt diuinus eo ꝙ opatio ſua nō hȝ cōmunicationē cū opatione corporali. ita de corruptione eiuſdē ſpālis ſmo eſſe debet dicentis codē. 12. metaphyce. tex. cōmēti. 17. ꝙ in quibuſdā nihil ꝓhibet formā remanere poſt vt ſi eſt aīa talis nō oīs forſan ſȝ intellectus. ¶ Ad 5m negat̄ prima ꝯñtia ⁊ ad ꝓbationē vtendo diſtinctione facta dī ꝙ cum eſſe actuale hoīs dupl'r ſumat̄. ſ. ſm ſe ſeu ſimpl'r: aliomodo prout eſt huius: p° modo remanere nō eſt impoſſibile corrupto hoīe: 2° modo nō eſt intelligibile ꝙ remaneat nullius ergo rei eſſe actuale manet vt eius eſt qn̄ id cuius eſt nō inuenit̄. poteſt tn̄ ſimpl'r inueniri: ⁊ rō ē in ꝓpoſito ſepe iam dicta: q̄ȝ id eſſe nō eſt ꝓpriū homini: ſȝ aīe. ideo oportet ꝙ inueniat̄ ſemꝑ qn̄ eſt id cuius eſt ꝓpriū ⁊ ſi deſinat id cuius erat vt cōmunicatū. ¶ Ad 6m negat̄ antecedēs ad ꝓbationes vo alias factas ſunt r̄ſiones alias date. relinquit̄ igit̄ veꝝ eſſe de eſſe actualis exiſtentie ꝙ vnū oīno eſt eſſe aīe intellectiue ⁊ hominis qd ſm ſe indepēdens eſt a corpore vtpote nō cauſatū ab illo q̄ȝ nō eſt eductuȝ de potentia materie ſȝ prout eſt huius. ſ. hominis nō niſi in corpore inueniri poſſit.

## ¶ Caplm ſextum.

b Is uiſis patet qūo eſſentia inuenit̄ in diuerſis: inuenitur aūt triplex modus habendi eſſentiā in ſubſtantiis. aliqd enim eſt ſicut deus cui eſſentia eſt ipſuȝ ſuū eſſe: ⁊ ideo inueniuntur aliqui philoſophi dicētes ꝙ deus nō habet eſſentiaȝ: q̄ȝ eſſentia eius nō eſt aliud quā eſſe eius.

b Oc eſt princ'm capli ſexti qd diuidit̄ in q̄ttuor ptes: In p̄a agit̄ de eſſentia dei: In 2a de eēntia intelligentiaꝝ ⁊ aīe: In 3a oñdit qūo iſta ſe habeāt ad intētiones logicas: In 4a replicat̄ de eſſentijs compoſitis. De eſſentia ergo dei poſiturus duas ꝯclōnes ⁊ excluſurus duos errores ponit primaȝ ꝯclōnē affirmatiuā taleȝ eſſentia: ī deo ſignificat ipm̄ eſſe eius hāc ꝯclōnē non aliter q̄ȝ ex ſupradictis deducendo ponit. fuit nāq̄ȝ ſupra ꝓbata ⁊ ab oīb⁹ eſt ꝯceſſa. eſt aūt intellectus ꝯclōnis ꝙ eſſe actualis exñtie diuinū eſt ipſa q̄ditas eius: ita ꝙ p̄dicatur de deo ſicut predicatū primi modi dicendi ꝑ ſe: ita ꝙ iſta deus eſt. eſt in p° mō ꝑſeitatis qd de nullo alio a deo cōmunis via fatet̄ dato etiā ꝙ eſſe ⁊ eēntia in creaturis teneat̄ eē idē realiter. ⁊ q̄ȝ ipm̄ exiſtere eſt eēntia dei: ideo a q̄buſdā platonicis. ſ. dicitur ꝙ deus nō habet eēntiā quaſi pura exiſtentia ſit.

¶ Sequit̄ textus.

¶ Et ex hoc ſequit̄ ꝙ ipſe nō ſit in genere q̄ȝ omne qd eſt in genere oportet qd habeat q̄ditatem preter eſſe ſuū: cū q̄ditas aut natura generis aut ſpeciei non diſtinguat̄ ſm rationem nature in illis quoꝝ eſt genus uel ſpecies ſed eſſe eſt in diuerſis diuerſimode.

quas ſimplices vocat remanere eaſdeʒ in genito ſed vni
uerſaliter qualitates omnes gēito ⁊ corrupto. Ratio au
tem prima ad hoc eſt quia ſi qualitates diſponentes ma
teriam rei corrumpende ad nouam formam corrumpi/
tur. Queritur quid educit formam generandam non
poteſt dici ꝙ illud ſit agens extra quia hoc non poteſt fa/
cere niſi per qualitates medias introductas in materia.
qualitates autem ille corrumpi dicūtur ab aduerſario an
te inductionem forme. ergo remanet ꝙ nihil ſit qd̄ edu/
cat formā qd̄ eſt impoſſibile. Preterea qualitates ſym
bole queritur a quo corrumpuntur cum nullum contra
rium appareat: ⁊ fruſtra corrumpi res cenſeatur in ali/
quo inſtanti in quo eandem oportet generari. Preterea
figura cadaueris organizatio ⁊ cicatrix ⁊ ſi qua ſunt hu/
iuſmodi ſi non remanent eadem. Queritur a quo gene/
rantur ⁊ cum non poſſit dici a quo generantur per mo/
dum ſequele oportet ꝙ nullum ſit generans ꝙ ante non
generentur per modum ſequelle: probatur. Accidentia
enim aliqua ideo conſecutiue generantur quia dans for
mam dat conſequentiā ad formam modo iſta accidentia
repugnant forme magis q̄ʒ ſequātur eam cuius ſignuʒ
quia ſub forma cadaueris ad corruptionem tendunt. et
hec de primo. ¶ Quo ad ſecundum: ſciendum ē Tho
miſtarum eſſe opinionem nullum accidens eſſe ideʒ nu/
mero in genito ⁊ corrupto. ſequitur enim hoc neceſſario
ex noſtris principijs. nam ſi nullum accidens eſt ſubie//
ctiue in materia ⁊ non datur niſi vna forma ſubſtantialis
in compoſito impoſſibile eſt idē accidens remanere ideʒ
numero. Migraret ſiquidem accidens de ſubiecto i ſub
iectum ⁊ eſſet idem ⁊ non idem. nec rationes pro nunc
ad hanc concluſionem afferam. quia opʒ ad hoc efficacit
probandum probare illud principium. ſ. ꝙ in compoſito
eſt tantū vna forma ſubſtantialis: ſed declarabo quo mo
do hoc ſit poſſibile ⁊ quo modo defendenda eſt ab ad//
uerſarijs poſitio noſtra. Sciendum eſt igitur accidens q̄
drupliciter corrumpi. primo per alterationem oppoſitaʒ
ſuo contrario vt frigus a calido. ſcd̄o ad abſentiam con/
ſeruatiui agentis vt lumen in aere deſinit ſole recedente.
tertio ad corruptionem ſubiecti vt riſibilitas corrumpit
homine mortuo. quarto ad corruptionem termini vt ſi/
militudo deſinit conſimili perempto ⁊ quia quot modis
dicitur vnum oppoſitoruʒ tot modis dicitur ⁊ reliquū.
Accidens generatur quadrupliciter. primo ab agente ſi/
bi ſimili per tranſmutationem ſicut aqua calefit ab igne
calido. ſcd̄o ad preſentiam agentis in fieri ⁊ eſſe vt lumē
in aere fit a ſole preſente. tertio ad generationem ſubiecti
vt riſibile generatur homine genito. quarto ad genera//
tionem. vt forte ſolo albo exiſtēte ſtatim ad alterius albi
generationem conſurgit in forte ſimilitudo. ⁊ licet omni
bus iſtis modis contingat accidens per totam latitudinē



corrumpi nullius tamen illorum modorum conuenit ac/
cidentibus omnibꝰ niſi tertius. Cōmune namqʒ eſt om/
nibus accidentibus corrumpi eorum ſubiecto corrupto
cum accidentis eſſe ſit in eſſe. ⁊ ideo ſufficiens cauſa cor/
ruptionis accidentium redditur quando ſubiecti corru/
ptio aſſignatur. vnde cum in aere ſit ignis licet non opor
teat corrumpi calore aeris ſed potius intendi. quia tamē
aer ꝙ ſubiectum illius eſt corrumpitur neceſſe ē ipſum
quoqʒ calorem corrumpi abſqʒ contrario ad ſolum ſub/
iecti defectum. propterea apparet qualiter peccent pec/
cato fallacie conſequentis. Argumenta ea que qualitates
ſymbolas ⁊ diſpoſitiones pro forma introducenda faciē
tes: quia carent contrario corrumpente remanere infe/
runt: ⁊ notandum quot quando accidens generatur ad
generationem ſubiecti vel corrumpitur ad corruptioneʒ
ſubiecti: tunc cum eadem actio terminetur ad vtrūqʒ: ad
ſubiectum per ſe. ⁊ ad accidens conſecutiue: non opor/
tet querere: aliud generans vel corrumpens niſi genera
tiuum vel corruptiuum ſubiecti. idem enіʒ eſt agens qd̄
vtrunqʒ ſimul. ⁊ eadem operatione ſit ſicut cuʒ ignis ex
aere ignem generat. Alterando aerem in fine alteratio/
nis aerem corrumpit per ſe. ⁊ cōſecutiue calorem intro/
ductum ⁊ vniuerſaliter omnia accidētia que in aere erūt
ea conſecutionis neceſſitate: quia accidens ſine ſubiecto
proprio remanere non poteſt. ⁊ in eodem inſtanti gene/
rat ignem per ſe: ⁊ calorem cōſecutiue abſqʒ alia media
alteratione ſimile calori ante illud inſtans exiſtenti. Simi
le autem eſt indiciū de quantitate ⁊ figura ⁊ alijs diſpo/
ſitionibus ⁊ accidentibus ſimilibus in genito ⁊ corrupto
omnia enim iſta concomitatiue producuntur. ⁊ ideo nō
oportet querere generans niſi quod ſubiectum generat:
⁊ cum ſupradicta inſpexeris videbis quod ſimile a ſuo
ſimili concomitatiue: ⁊ per accidens quandoqʒ corrum
pitur. ⁊ per oppoſitum a non ſimili concomitatiue p ac/
cidens generari ꝯtingit ipſuʒ accidens. Ariſt. ergo quo/
tiens dicit eadem remanere in genito ⁊ corrupto eadeʒ
ſpecie non numero ait. ⁊ per hoc per accidens. variatur
enim vnitas numeralis non ppter generationis vim ſed
ſubiecti corruptionem. facilior quoqʒ tranſitus in haben
tibus ſymbolum nō ex identitate numerali ſymboli acci
dentis ſed ex nō repugnantia illius in agendo vel patien/
do prouenit. ⁊ ex hoc quot forme ſubſtantiales a qbus
fluunt ſimiles qualitates ſunt ſimiliores. ex effectibꝰ eniʒ
natura cauſe innoteſcit. Auerois auteʒ ſi ſaluari debet eo
Ad 1m dem modo gloſetur. ¶ Ad rationem antē oppoſite opi/
nionis dicitur. ⁊ ad primam quidem quod educens for
mam in vltimo inſtanti eſt generans extra nō per aliquā
actionem q̄ʒ in illo inſtanti eliciat: ſed in termino actionis
nudam materie eſſentiam attingens. Unde cum dicitur
agens extra non poteſt educere formam niſi per qualita
tes medias introductas: verum eſt dum agit. non auteʒ
cum eſt in termino actionis ſufficit ⁊ exigitur alteraſſe ad
Ad 2m materie expoliationem ⁊ diſpoſitionem. ¶ Ad ſecundū
dicitur quot qualitates ſymbole. ⁊ ſimilia corrumpunt
per accidens ad corruptionem ſubiecti a corrumpente p
ſe ſubiectum nec fruſtra in eodem inſtanti eſt primū non
eſſe earum. ⁊ primum eſſe ſibi ſimilium. ſed neceſſario
Ad 3m neceſſitate materie: vt dictum eſt. ¶ Ad tertium dicitur
quot figura ⁊ cicatrix ⁊ huiuſmodi producuntur conſe/
cutiue. ⁊ per accidens a generante eorum ſubiectum ſci
licet cadauer: nec eſt verum quot ſola illa accidentia ge/
nerentur conſecutiue que ſequuntur. ſed multa acciden/
tia ſequuntur compoſitū ex neceſſitate materie que ſunt
licet non incompoſſibilia aliqualiter. tamen oppoſita ipſi
forme: vt patet de ſe. ⁊ ideo dico ꝙ figura ⁊ ſimilia ſe/
quuntur cadauer ex neceſſitate materie: quia. ſ. agēs na/
turale non poteſt tam cito diſpoſitiones per tot tranſmu
tationes radicatas corrūpere totalr̄. ⁊ ideo ſimiles diſpo
ſitiones ſequuntur. ⁊ quia non ſunt facientes pro forma
geniti. Ideo ad corruptionem properantur.

¶ Sequitur textus.

¶ Et quia unaqueqʒ res indiuiduatur ex ma
teria ⁊ collocatur in genere uel ſpecie per ſuaʒ
formam. Ideo accidentia que conſequuntur
ſunt accidentia indiuidui ſm̄ que etiam indiui
dua eiuſdem ſpeciei differunt adinuicem. Ac
cidentia vͦo que conſequuntur formam ſunt
proprie paſſiones uel generis uel ſpeciei. Vn
de inueniuntur in omnibus participantibꝰ na
turam generis uel ſpeciei ſicut riſibile conſe/
quitur in homine formam: quia riſus contin/
git ex aliqua apprehenſione anime hominis.

¶ Hic ponitur ſecunda diuiſio accidentiuʒ que talis eſt
Accidentium alia ſunt accidentia indiuidui alia ſunt acci/
dentia generis vel ſpeciei. Duplex autem inter iſta diffe
rentia ponitur. prima eſt quot accidentia indiuidui con/
ſequuntur cōpoſitum ratione materie principaliter. Acci
dentia vͦo ſpeciei vel generis ſequuntur compoſitum ra
tione forme. ſecunda eſt quot accidentia indiuidui ſunt
ea penes que attenditur differētia inter particularia eiuſ/
dem ſpeciei. Accidētia vͦo ſpeciei ſiue generis ſunt cōmu
nia neceſſario omnibus indiuiduis illius ſpeciei vel gene
ris. Exemplum. maſculinum ⁊ femininum ſunt accidē/
tia indiuidualia. ſequuntur enim materiam ⁊ penes ipſa
differunt ſortes ⁊ berta. Riſibile autem eſt accidēs ſpe/
cificum. ſequitur enim intellectiuam apprehenſionem ⁊
omnibus hominibus neceſſario conuenit. Aſſignatur quo
qʒ radix prime differentie cum dicitur quot materia eſt
principium indiuiduationis. forma autem eſt per quam
res in genere vel ſpecie collocantur. Ex hoc enim quot
materia eſt cauſa eſſe indiuidualis vt ſic ſequitur quot
ſit etiam radix accidentium conſequentium ipſum eē in/
diuiduale: ac per hoc accidentia indiuidui ſunt que conſe
quuntur materiam. ex eo autem quot forma eſt princi/
pium eſſe generici ⁊ ſpecifici oportet quot etiam ſit cau/
ſa proprietatum. ⁊ accidentium conſequentium ſpecieʒ
vel genus. ⁊ ſic accidentia ſpeciei ſiue generis ſequuntur
formā. Secunde vͦo differentie ratio eſt: quia cum tam
in forma ſpecifica q̄ʒ generica conueniant omnia conten/
ta ſub eis. oportet etiam proprietates earum omnibꝰ eē
cōmunes. Cum aūt penes materiā differant indiuidua.
Accidentia quoqʒ materialia oportet eſſe ea ſm̄ que ipſa
particularia inter ſe differunt vt effectus proportionabili Dubium
ter proprijs reſpōdeant cauſis. ¶ Accidunt hic duo dubia
circa litterā. primū eſt qualiter ſit veruʒ quot accidentia
ſequentia materiā ſint ea penes que differunt indiuidua
in eadem ſpecie. Quandoquidem quantitas ſequit̄ ma
teriam: ⁊ tamen eſt communis omnibꝰ indiuiduis cor/
poris ⁊ inferior. ſecundū dubiū eſt qualiter verificetur
quot accidentia ſequentia materiam non ſint paſſiones
generis vel ſpeciei cum maſculinum ⁊ femininum ſe/
quantur materiam. ⁊ tamen paſſiones ſunt animalis.
vnde ⁊ animal in eorum diffinitione ponitur. ſicut ſubie
ctuʒ in diffinitione paſſionis vt decimo metaphyſice tex.
cōmenti vigeſimitertij habetur ſimiliter. Quantitas vi/

detur eſſe paſſio corporis de predicamento ſubſtantie. ⁊ tamen ſequitur materiam. ¶ Ad euidentiam primi ſcito verba illa ſcilicet accidentia ſequentia materiam ſunt ea ſcd̃m que indiuidua. Differunt non eſſe intelligenda vniformiter ſed difformiter. Indiuidua enim differunt penes accidentia materialia. Dupliciter vel quia vnum eorum habet vnum ⁊ reliquum aliud vel quia vtrūqȝ habet idem. ſed alio ⁊ alio modo verbi gratia ſortes ⁊ berta differunt penes maſculinum ⁊ femininum ex eo quot ille habet maſculinitatē: illa feminilitatem. differūt quoqȝ penes ſuas quantitates non ex eo quot ille ſit quantus ⁊ illa non: ſed ex eo quot non eodem modo ſunt quanti nunqȝ enim inueniuntur duo quanta omnino ſimilia ſitibus. ſiquidem proprijs differre neceſſe eſt. Quantitas ergo licet ſit communis omnibus indiuiduis. quia tamē non vniformiter eis conuenit eſt ſcd̃m quā indiuidua inter ſe differunt ſecundo modo. ⁊ hoc ſufficit. ¶ Ad intelligentiam ſecundi notandum quot paſſiones generum ſunt duplices quedam conuenientes eis ratione forme generice. ⁊ quedam ratione materie. ille que ſequuntur formam vocate ſunt hic paſſiones generum. ⁊ non ille que ſequuntur eorum materiam. propterea quia natura

Paſſiões generū ſūt duplices.

generica ex forma eſt talis ⁊ non ex materia. animal enim eſt animal ex ſua forma ⁊ non ex ſua materia. vnde cum in animalis propoſito paſſio ratione forme ſit ſenſibilitas ⁊ ratione materie maſculineitas vel femineitas diuerſis rationibus moti Ariſto. in metaphyſica. ⁊. s. Tho. hic diuerſimode locuti ſunt: quia enim eſt paſſio animalis ratione materie: ideo vocata eſt ibi paſſio. quia autē non ratione forme: ideo hic non eſt dicta paſſio. Similiter dicendum eſt de quantitate: quia ſequitur corpus ratione materie. ſequitur enim ipſum ſcd̃m id quo eſt in potentia diuiſibile quod nō eſt niſi materia vt indiuiſibilitas rerum immaterialium oſtendit. ⁊ nota quot hec ſecunda diuiſio accidentium non differt a prima per membra diuidentia. eadem enim ſunt huius ⁊ illius membra. ſed ſm rationem: quia illa diuiſio accepta eſt penes primas earum radices materiam ſcilicet ⁊ formam. Iſta autem penes ſubiecta quibus appropriantur ſcilicet genus ſpeciem ⁊ indiuiduum.

¶ Sequitur textus.

¶ Sciendum etiam eſt quod aliquando accidentia ex principiis eſſentialibus cauſant̃ ſm actum perfectum ſicut calor in igne qui ſemꝑ actu eſt calidus. aliquando vo ſm aptitudinē tantum. ſed complementū accipiunt accidentia ex agente exteriori ſicut diaphaneitas in aere que completur per corpus lucidū exterius ⁊ in talibꝰ aptitudo eſt accidens inſeparabile: ſed complementum quod aduenit ex aliquo principio quod eſt extra eſſentiā rei vel quod non intrat conſtitutionem rei eſt ſeparabile ſicut moueri ⁊ huiuſmodi.

¶ Hic ponitur tertia diuiſio accidentium: quedam cauſantur ex principijs eſſentialibus ſubiecti ſcd̃m actū perfectum: quedam ſm aptitudinem tantum illa accidentia vocat cauſari ſm actum perfectum ⁊ eſſentialibus principijs que ſm ſuas aptualitates ex itrinſecis principijs ſubiecti in ipſo fluunt vt calor in igne. Illa vo dicit cauſari ſm actum imperfectum ſeu aptitudinem tantum que non ſm ſuas actualitates. ſeu ſm quaſdā inchoationes ex principijs eſſentialibus ſubiecti in ipſo fluunt vt moueri ſurſum in igne ex principijs eius cauſatur ſm ſui inchoationem puta leuitatem. Differunt autem quia prima ⁊ ſm ſuas aptitudines. ⁊ ſm ſe inſeparabilia ſunt a ſubſtantijs. ſecunda vo ſcd̃m ſe quidē ſunt ſeparabilia. ſcd̃m autem ſuas aptitudines non poſſunt ſeparari. Ab igne enim neqȝ aptitudo ad calorem: neqȝ calor ipſe ſeparari poteſt ipſo remanēte. motus autem ſurſum nō ſemper ineſt igni: ſed aptitudo ad motū ſurſū puta leuitas eſt inſeparabilis ab ipſo. ⁊ cauſa horum eſt. quia in illis ipſa actualitas accidentis ex ſolis principijs eſſentialibus fluit. In iſtis vo aptitudo tantum ex ſolis principijs eſſentialibus fluit. ipſa autem actualitas aliunde expectatur ex aliquo ſcilicet exiſtente concurrente vel agendo vel non prohibendo: vt patet in exemplo dato de motu ſurſum qui non ineſt igni niſi aliquo cōcurrente extrinſeco remouente ſcilicet prohibens ⁊ diaphaneitas nō eſt actu in aere niſi concurrente extrinſeco illuminante. lumen enī eſt actus diaphani ſcd̃m actum. vt dicitur ſecūdo de anima textu cōmenti. 69. profundiorem autem huius diuiſionis cauſam elicio ex prima ſecunde queſtione decima articulo primo ad ſecundum. quod ſcilicet ideo aliqua accidentia oriuntur ex principijs eſſentialibus inſeparabiliter ſm actum completum. aliqua autem ſeparabiliter ſm actum completum. ⁊ inſeparabiliter ſm aptitudinem: quia illa ſequuntur rei actualitatē. iſta vo potentialitatē. ⁊ ſic intelligo quia vnunquodqȝ agit ſm quod eſt actu. patitur autem ſm quod eſt in potentia ex ſufficiente rei actualitate procedit quot accidens in ſe complete producat. ⁊ per oppoſitum ex inſufficiente actualitate ⁊ conſequenter potentialitate ex qua omnis inſufficientia eſt prouenit quot res habet accidens in ſe ſm aptitudinem tantum. ⁊ quot ab alio expectet actualitatem: ſeu quot accidens ſeparabile ſit ſm actualitatem quod idē eſt. Amplius cum eſſe bonum expectet complementū. ita quot ex actualitate rei eſt quot habet aptitudinem. ⁊ ex potētialitate quot actualitatem ſequatur. ⁊ non eſſe ⁊ malū potentiam ex actualitate rei prouenire neceſſe eſt eſſe accidentis perfectum ⁊ inſeparabile ſm actum. ⁊ aptitudinem. ⁊ per oppoſitū ex rei potentialitate ꝓcedere oportet incompletionem accidentis. ⁊ ſeparabilitatē eius ſm actum. eſt enim ſeparabilitas ipſa quoddam nō eſſe. qđ cum nihil aliud ſit q̃ȝ negatio neceſſarie ſequelle ſui eſſe completi ad eſſe ſubiecti. Intellige aūt hic: vt ſupra: ſcilicet quot ex actualitate ſubiecti aptitudo eſt. ex potentialitate autem ſeparabilitas accidentis ſm ſuam actualitatē. Aduertendum vo eſt quot ſanctus Thomas paſſiones que dicunt aptitudinem non collocauit ſimpliciter inter accidentia ex eſſentialibus principijs fluentia. ſed potius ipſarum paſſionum. ⁊ aptitudinū actus quos ſcd̃m incompletum eſſe aptitudines vocauit. fecit autē hoc: q̃a aptitudo de ſe non habet rationem alicuius per ſe ꝓducti ſeu producibilis. nullum enim naturale producens intendit aptitudinem. ſed actum illius. non eſt nanqȝ opus riſibilitate niſi vt rideat̃. vnde ⁊ riſibilitas inchoatio quedam riſus eſt propterea igitur inter effectus eſſentialiū principiorum aptitudo non eſt ſimpliciter poſita. ſed actus: quia non ipſa: ſed eius actus eſt qui a principijs productiuis intenditur. Et quia aptitudo nihil aliud eſt q̃ȝ inchoatio quedam. Inchoatio autem eſt actus imperfectus: ideo accidentia ſm actum incompletum aptitudines vocantur. Antequam terminemus tractatum de diuerſitate accidentium: Queritur an omne accidēs habeat aliquod ſubiectū propriū aut aliq̃ accidentia ſint. ita cōia quod nulli propria eſt aūt ratio dubitādi: q: ſi omne accn̄s eſt ꝓpriū alicui cū propriū ꝯueniat oī ſoli. ⁊ ſemꝑ. nullū accn̄s erit ſeꝑabile ab eo. in quo eſt. Ineſſet enim

Utrū a… hēat al… ppriū … iectum.



ſoli ⁊ ſemper proprio ſubiecto. Amplius ſequeret̃ ſemper corruptionē alicuius accidentis comitem fieri corruptioni ſubſtantie ſicut corrupto riſibili corrūpitur homo patet conſequentia. Quia corrupto proprio neceſſe eſt corrumpi illud cuius eſt proprium aliter non conueniret ei ſemper. hec autē experimur eſſe falſa. vt patet in accidentibus communibus ⁊ actibus ſecundis. Ex oppoſito autem cum omne accidēs ſit diffinibile ⁊ in diffinitione cadat ſubiectū de quo accidens per ſe predicat̃ vt patet primo poſterior. ⁊ ſeptimo metaphyſice oportet q̄ omne accidens habeat propriū ⁊ per ſe ſubiectū per ſe nāqȝ ſupponit de omni ſemꝑ ⁊ neceſſario. ad huius dubitationis euidentiam ſciendum eſt quot cū apud. s. Tho. in queſtione de potentia dei ſubiectum habeat triplicem habitudinem ad proprium accidens. ſ. ſubſtētantis ad ſubſtentatum potentie ad actum ⁊ principij ad principiatum ſicut calor ignis non habet eſſe niſi ſubſtentetur in igne: ⁊ eſt forma accidentalis eius ⁊ orit̃ ex ipſo ſm quod aliquid participat iſtas conditiones poteſt dici accidentis ſubiectum ⁊ ſm quod ab iſtis habitudinibus recedit poteſt negari accidentis ſubiectū. vnde propter defectum prime que principalior eſt dicitur in primo poſteriorum. quot nullū accidens eſt ſubiectiue in alio accidente. Quia videlicet nullum accidens poteſt ſubſtentare aliud. ſed ſola ſubſtantia que eſt ens. per ſe alijs fulcimentum prebet eſſendi. Quia autem aliquod vnum accidens poteſt comparari ad aliud vt potentia ad actum. ⁊ quandoqȝ vt proximum principium ad principiatum. ⁊ ideo conceditur etiam vnum accidens eſſe ſubiectum alterius. quēadmodum ſuperficies dicitur ſubiectū coloris: quia eſt in potentia reſpectu coloris. ⁊ dulcedo eē in calido ⁊ humido: quia cauſatur ex calido ⁊ humido. poteſt ergo quadruplicem intellectū habere dubitatio mota. Primo poteſt intelligi vt queratur an omne accidens habeat proprium vt ſubſtantiuum. Secundo an habeat ꝓprium ſubiectum vt potentiam. Tertio an habeat proprium ſubiectum vt principiū. Quarto an habeat proprium ſubiectum vt ſubſtantiuū potentie ⁊ principium ſimul ſi queſtio ſit ſm primum ſenſum reſpōdetur negatiue quod. ſ. non omne accidens habet propriū ſubiectum in ratione ſubſtētantis vt probāt rationes primo inducte. multa enim ſunt accidentia que nullum proprium ſubſtentans ſibi vendicant. ſed communiter multis inſunt vt eorum ſeparatio oſtendit. ſeparantur nāqȝ a ſubſtātia ſubſtentante ea naturaliter remanente: quod de proprijs accidentibus dici non poteſt. Eadem quippe ſubſtantia abſqȝ ſui mutatione contraria ſubſtentat vt dicit̃ in predicamentis. Si aūt iuxta ſecundū ſenſum dubitetur. Reſpondetur affirmatiue quot. ſ. omne accidēs habet proprium ſubiectum in ratione proprie potentie eo quot quilibet actus reſpicit propriam potentiam. ſicut enim actus reſpicit potentiam ſic talis actus talē potentiam ⁊ actus ſpecificus potentiā ſpecifice. Accidens autem omne actus. q̄dam eſt igitur omne accidens habet propriam potentiam cuius eſt actus propter quod tertio phyſicorum textu commenti decimi dicitur ad infirmitatem eſt alia a potentia ad ſanitatem eo quot ſanitas eſt aliud ab infirmitate. ⁊ duodecimo metaphyſice. longo proceſſu probatur principia predicamentorū eſſe eadem proportionabiliter. quia cuilibet actui propria reſpondet potentia. Si autem tertio ſenſu inquirat̃ reſpondetur negatiue. quot. ſ. non omne accidens habet aliqđ ſubiectū proprium in ratione principij proprij eo quot habere ſubiectum propriū in ratione principij includit fluxū illius accidentis a tali ſubiecto in genere cauſe efficientis eo modo quo duorum effectuum ordinem inter ſeſe habentiū prius eſt cauſa effectiua eius quod neceſſario primi productionem ſequitur ſiue iſtud ſubiectum ſit receptiuū accidentis vt quo ſiue vt quod patet quot nō omne accidens fluit a ſuo receptiuo efficiente: ſȝ multa ſunt reſpectu quorum receptiuum pure paſſiue ſe habet vt patet cum ſpecies rei ſenſibilis recipitur in medio ſiue in ſenſu. Si autē quarto modo intelligatur queſtio patet quid dicendum ſit. negatiue enim reſpōdere oportet. ſed aduertendum eſt quod hec que diximus intelligi debent. De accidentibus ſm ſeorſum acceptis actibus. ⁊ ſeorſum aptitudinibus. loquendo nāqȝ de accidētibus. vt. s. Tho. in littera loquitur. ſ. non indicando actualitates accidentium ſeorſum ab aptitudinibus: dicerē quot omne accidens ſecundum ſuam radicalem aptitudinem habet aliquod ſubiectum proprium in rōne ſubſtentantis potentie ⁊ principij licet non ſm ſuam actualitatem eo quod aptitudo ad tale accidens nō eſt niſi in tali gradu ſubſtantiali fluat mediate vel immediate. Et cōſequenter niſi in tali gradu ſubiectiue ſubſtentetur. Immediate vel mediate verbi gratia lumē ſm ſuam actualitatem ⁊ ſubſtantiam licet ſit ab extrinſeco. ⁊ ſic accidēs ſeparabile tamen ſm ſuam inchoationem ſeu radicalem aptitudinem puta diaphaneitatem eſt inſeꝑabile ⁊ fluit a certo gradu ſubſtātiali cōmuni ſuperioribus ⁊ inferioribus. ⁊ ſimiliter ſedere licet ſit accidens per accidens: tamen ſm ſuam aptitudinem eſt proprium ⁊ non natum conuenire niſi certo enti puta animali tali ⁊c̄. fluit enim aptitudo ad ſedēdū ex ſuis principijs ſimiliter ⁊ videre licet ſit accidēs ſeparabile. Radicalis tamen aptitudo ad videndum ſeparari a tali animali non poteſt. Ex his patet quomodo ad vtrāqȝ partem rationes adducte verū concludunt diuerſimode. nam loquendo de accidētibus ſm ſuas eſſentias ⁊ actualitates concluſio rationum primo adductarum conceditur accipiendo ſubiectum in ratione ſubſtentantis ⁊ principij. In ratione autem potentie falſa eſt concluſio vt dictū ē. nec probatio cōtra hunc applicata ſenſum valeret eo quot cum dicitur quot proprium cōuenit ſoli omni ⁊ ſemꝑ intelligitur de ipſo proprio non ſm ſuam actualitatem: ſed ſm aptitudinem. ⁊ ſimiliter cum dicitur quot ad corruptionem proprij deſinit ſubiectum. Intelligitur ſi corrumpitur ſm aptitudinem non autem ſm actum vniuerſaliter loquendo. vel dicatur quot inſeparabilitas ⁊ huiuſmodi non conuenit accidenti vt reſpicit ſubiectum in ratione proprie potentie. ſed vt ſubſtantiuum ⁊ principium. loquendo autem de accidentibꝰ ſm ſuas aptitudines patet quomodo rationes peccant. Dico enim quot nullum accidēs eſt ſeparabile ſm aptitudinem radicalem ſaltem ſed coeuum ſubiecto neceſſario: ⁊ quod corrupto accidente ſm talē aptitudinem oportet ſubiectum corrumpi. ratio autem in oppoſitum adducta concludit quot omne accidēs habet ſubiectū de quo per ſe predicatur ſm ſe vel ſm ſuā aptitudinem. Cum enim eius ſit actus cuius eſt potētia vt dicitur inde ſomno ⁊ vigilia idem ſubiectū erit quod cadit in diffinitionem accidentis ſm aptitudinem ⁊ ſm actum ſicut homo debet poni non ſolum in diffinitione riſibilis ſed riſus. ſtant ergo iſta duo ſimul quot accidēs ſm ſuam actualitatem non habeat proprium ſubectum cui vniuerſaliter ſoli ⁊ ſemper inſit. ⁊ tamen habeat proprium ſubiectum per quod diffiniri debeat: quia ad hoc ſecundū ſufficit quod ſm ſe vel ſm ſuā aptitudinē per ſe de illo ſubiecto predicetur. Ad primum vo ſufficit accidens ſm ſe tantū non predicari per ſe de ſubiecto.

¶ Sequitur textus.

¶ Sciendum eſt autem quot in accidētibus alio modo ſumitur genus differētia ⁊ ſpecies quā in ſubſtantiis. quia enim in ſubſtantiis ex materia ⁊ forma ſubſtātiali fit per ſe unū una quedam natura ex eorum coniunctione reſultante que proprie in predicamento ſubſtantie collocatur. Ideo in ſubſtantiis nomina cōcreta que compoſitum ſignificant proprie in genere eſſe dicuntur ſicut genera uel ſpecies ut

homo. uel animal non autem forma uel materia eſt in predicamento hoc modo niſi per reductionē ſicut principia in genere predicamētorū eſſe dicuntur. ſed ex accidente ⁊ ſubiecto non fit unum per ſe. vnde non reſultat ex eoꝝ coniunctione aliqua natura cui intentio generis uel ſpeciei poſſit attribui vnde nomina accidentiū concretiue dicta nō ponuntur in predicamento ſicut ſpecies uel genera. ut album uel muſicū niſi per reductionem: ſed ſolū ſm qꝺ abſtracta ſignificant ut albedo ⁊ muſica.

¶ In hac tertia parte capituli huius determinatur quomodo accidentia ſe habeant ad intentiones logicas. ⁊ primo quomodo ſe habent ad eſſe in predicamēto. deinde vnde ſumant ex eis genus ⁊ differentia: quo ad primū ponit duas concluſiones. ſ. accidentia in concreto nō ſunt proprie in predicamento ⁊ accidentia in abſtracto ꝓprie ſunt in predicamento. Ad quarum euidentiam ſciendū eſt quod accidentia habent vnum modū eſſendi. ſ. eſſe in alio. non enim ſunt niſi inſint alicui. habent autē duos modos intelligendi eo quod itellectus eſt nactus ea que ſunt adunata in re diuidere. Intelliguntur enī quādoq̄ coītelligendo ſibi ſubiectum cui inſunt: ⁊ tūc intelligunt per modum accidentis eo quo taccidentis eſſe eſt in alio eſſe. Quandoq̄ vͦo intelliguntur ſolitarie nō coītelligendo ſibi eis ſubiectum cui ſm rē inſunt: ⁊ tūc intelligunt per modum ſubſtantie eo quot eſſe per ſe. i. ſolitarie ſoli ſubſtantie conuenit. Accidentia enim ſemꝑ comite egent. Cum autem modus ſignificandi non fundetur ſuꝑ modo eſſendi: ſed intelligendi ſicut habent duos modos intelligendi ſic habent duos modos ſignificādi: vnde ſignificantur quandoq̄ conſignificando ſubiectum: ⁊ tunc ſignificantur per modum accidentis: ⁊ vocantur ſignificata in concreto: vt album nigrum ⁊c. quandoq̄ vͦo ſignificantur ipſa ſola abſq̄. ſ. ſubiecti cōſignificatione: ⁊ tunc ſignificantur per modum ſubſtantie: ⁊ vocantur ſignificata in abſtracto vt albedo ⁊ nigredo. Abſtractum enim ⁊ concretum in accidentibus: licet differāt in modo ſignificandi. i. penes conſignificare ſubiectū ⁊ non conſignificare illud. Conueniunt tamen in ſignificatione ipſius forme accidentalis. Album enim puram qualitatem ſignificat ſicut in predicamentis ſicut ⁊ albedo: ſed album ſignificat albedinem in ſubiecto. Albedo autē ſignificat albedinem abſq̄ illo: quia igitur accidentia in concreto totū coniūctum important puta ſicut albū albedinem in ſubiecto. Coniunctum autem hoc non eſt vnum per ſe: ſed vnum ⁊ ens per accidens. id autem quod in predicamēto reponitur debet importare vnum ⁊ ens per ſe cū predicamenta diuidant ens per ſe. 5° metaphyſice. textu cōmenti. 14. ideo accidentia in concreto non proprie reponuntur in predicamento. ⁊ hec eſt ratio qua in littera prima concluſio probatur que ſic fortificari poteſt. nullū nomen importans ens: ⁊ vnū per accidens eſt proprie in predicamento. ꝯcretū accidentale importat vnum ⁊ ens per accidens: ergo nomen concretū accidentale nō ponitur in predicamento proprie ⁊ per ſe. Ad declarationem minoris ponitur differentia patet concretum ⁊ accidentale ⁊ ſubſtantiale in hoc quot ſubſtantiale importat compoſitum ex materia ⁊ forma. ⁊ tale eſt vnum per ſe ⁊ ideo reponitur in predicamento genus vel ſpecies. accidentale vͦo importat ex ſubiecto compoſitum ⁊ accidēte quod eſt vnum per accidens. ex accidente enim ⁊ ſubiecto non fit niſi vnum per accidens: vt dicitur 7° metaphyſice. ⁊ ideo nō debet poni in predicamento niſi reductiue eo modo quo res impura ad ſue puritatem nature reducitur. Et ſic remanet ſecunda ꝯcluſio vera quod accidentia. ſ. in abſtracto. In predicamento ſpeciei generis predicationem ſuſcipiunt. Aliter omnino a predicamētis accidentia ſunt excludenda. Cum autē audis abſtractū ſolam formam importare nō ideo hoc dictum putes ꝙ abſtractum ſubiectum forme a ſe omnino excludat. hoc enim falſum eſt: ſed ideo quia abſtractum ex modo ſuo ſignificandi quo ſolo differt a concreto non includit ſubiectum principaliter. ſed ſecūdario: ⁊ ex conſequenti quot ex conuenientia ⁊ differentia inter ea ex modo ſignificādi perſuaderi poteſt. Cōueniunt enim in hoc quot tam abſtractum ꝗ̃ concretum ex modo ſignificandi important duo. ſ. quod ⁊ quo ſeu ſubiectum ⁊ formā. Idem enim importat diffinitio ⁊ diffinitum licet alio mō. Diffinitio autem vtriuſq̄ importat vtrunq̄ dictorum vt exēplariter patet. ſimitatem enim dicimus curuitatem naſi ⁊ ſimum naſum curuum. quot autem hoc ſit ex modo ſignificādi ex eo clarum eſt quot tam abſtractum ꝗ̃ cōcretū puram formam ſignificat: vt in predicamentis teſtatur Ariſt. Differunt autem abſtractum ⁊ concretum ex varietate modi ſignificandi in hoc quot concretū importat ex modo ſignificandi principaliter ſubiectum ⁊ ſecundario formam. abſtractum vͦo principaliter importat formam ⁊ ex conſequenti ſubiectū. ¶ Aduertendū nāq̄ eſt quot contrario ordine ſe habent ſubiectū ⁊ forma ad ſignificationem nominis concreti ⁊ eius modum ſignificandi. Importat enim concretum ratione ſignificationis primo formam ⁊ ſubiectum non niſi ex ꝯſequenti copula, quo ad modum vͦo ſignificādi primo ſubiectum ⁊ ex conſequenti formam importat. Cuius ſignū eſt ꝙ in diffinitione concreti exprimitur primo ſubiectū ꝗ̃ genus quod prima pars eſt vt genus diffiniti ⁊ forma ſecundo loco ponitur quaſi differentia. Dicimus nāq̄ ꝙ ſimum eſt naſus curuus. abſtractum vͦo ⁊ ex ſignificatione ⁊ ex modo ſignificandi primo formam importat. Secundario autem ⁊ ex conſequenti ſubiectum. In cuius ſignū in diffiniti diffinitione forma ipſa primo exprimitur genus. ſubiectum autem ſecundario loco differentie vt patet. Cum dicitur ſimitas eſt curuitas naſi. oritur autem hec differentia ex eo quot concretū importat habitudinem inter ſubiectum ⁊ formā prout incipit a ſubiecto ⁊ terminatur ad formam. Abſtractum vͦo importat habitudinem inter formam ⁊ ſubiectū prout incipit a forma. ⁊ terminatur ad ſubiectum vt in exemplis datis apparet. ex hoc enim quot habitudo importata per concretum importatur ex modo ſignificandi vt incipiēs a ſubiecto ſequitur quot pͥmo importet ſubiectū a quo incipit ⁊ ſimiliter ex hoc quot habitudo importata per abſtractum important ex modo ſignificandi vt incipiēs a forma cōſequens eſt vt primo importet formā a qua incipit. cauſa autem huius diuerſitatis eſt quia concreta ad compoſita ſignificanda ſunt inuenta. Compoſitio aūt a ſubiecto oritur. Abſtracta vͦo inuenta ſunt ad ſignificādas formas apud nos inuentas ſimplices quidem. ſed a quibus denominatio ad ſubiecta deriuatur. vnde ⁊ cōcreta compoſitum quid ſonant. abſtracta vͦo formas. vt cadentes tamen ad ſubiecta. non igitur propterea dictū eſt quot abſtractum ſolam formam importet: quia nullo modo copulat ſubiectum: ſed quia ex modo ſignificādi compoſitū non ſonat: neo principaliter importat ipſū ſubiectum quēadmodum concretum: ſed extrinſece tantum vt terminum habitudinis forme ſignificate. aduerte hic quod de abſtracto ⁊ concreto quomodo ſunt in predicamento aliter metaphyſicus ⁊ aliter logicus iudicabit. Cum enim apud metaphycum qui res ſm ſuas eſſentias conſiderat ⁊ non ſcḋm modos intelligendi vel ſignificandi abſtractum ⁊ concretum non differant eo quot eadē res abſtracte. ⁊ concrete ſit ſignificata. Dicet ipſe ſicut abſtractū. ita cōcretum ⁊ in genere eſſe. res enim per ſuam eſſentiā ingreditur vel egreditur genus metaphyſicaliter ſumptū. i. rem generis ⁊ non per modum ſignificandi. vnde nō dicet metaphyſicus. Album eſſe ens per accidens. ſed hoc album: vt patet 5° metaphyſice. textu cōmentorum. 13. ⁊. 14. ⁊ 7° eiuſdē textu. commenti. 16. logicus autem qui non res ſm ſuas naturas. ſed ſuas intentiones adiunctas. primis intellectis ac ſignificatis conſiderat. Dicet abſtractum eſſe in genere. Concretum vͦo non quia res nomine abſtracto ſignificata poteſt denominari ſpecies vt albedo ⁊ genꝰ vt color. Concretum vͦo non propter alietatem modi ſignificandi vt dictum eſt. cauſa autem quare alietas modi ſignificandi hanc varietatem logico prebeat. ⁊ quia modus ſignificandi preuenit ſecundas intentiones ⁊ fundat quodāmodo ipſas. Licet enim tam modus ſignificandi ꝗ̃ ſecūda intentio conueniant in hoc quot ſequantur rem: non ſm ſe. ſed vt intellectam prius tamen rem ⁊ intellectam ſequitur modus ſignificandi ꝗ̃ ſecunda intentio eo quot modus ſignificandi nihil aliud eſt ꝗ̃ ſignum modi intelligendi ſicut vox ſignificans eſt ſignum rei intellecte. vnde ſicut vox ſignificatiua. primo ſequitur rem intellectam ꝗ̃ ſecunda intentio ita eius modus ſignificandi modum intelligendi vt totus ordo pertinentium ad nomina prime intentionis precedat ordinem eorum que pertinent ad nomina ſecunde intentionis. Quia igitur ſecunde intentiones res. vt intellectas ⁊ ſignificatas. Denominant ⁊ non abſolute: ideo ſtat eandem rem diuerſimode intellectam ⁊ ſignificatam denominari ſpeciem ⁊ non ſpeciem. ⁊ conſequenter eſſe directe in predicamento ⁊ nō eſſe directe. in eo ſicut eadem natura humana ſignificata nomine hominis ſpecies eſt ſignificata vero nomine humanitatis ſpecies non eſt. ſed ſpeciei proprium. vnde in propoſito apud logicū res illa que albedinis nomine intelligit diuerſimode ſignificata in predicamēto eſſe affirmatur ⁊ negatur. Si enim in abſtracto ſignificatur cum ſic ſpeciei denominationem habeat in predicamento reponitur. ſi autem in concreto ſignificetur cum ſic ſpeciei vel generis denominationem non habeat quia rem extraneam ex modo ſignificandi includit in predicamento directe eſſe negatur. Et quia intentio ſancti Thome eſt declarare quomodo accidentia ſe habeāt ad intentiones logicas: ⁊ non ad cuius generis rem pertineant: ideo cōcretum accidentale a predicamentis ſeparauit. Cum his omnibus aduertas quod aliquod facit rē reponi in predicamēto dupliciter vno modo vt ratio reponendi ipſm in predicamento alio modo vt conditio ſine qua nō ratio reponendi rem in genere ſiue ſpecie tam apud logicum ꝗ̃ apud metaphyſicum eſt eſſentia illius rei. res enim ꝑ ſuam eſſentiam ad genus ⁊ ſpeciem diffinitur. Conditio autem ſine qua non eſt modus ipſe ſignificandi. ⁊ in predicamento quidem ſubſtantie conditio ſine qua res non ſuſcipit generis vel ſpeciei ⁊c. denominationem eſt modus ſignificandi in concreto. in predicamentis autem accidentium conditio ſine qua non eſt modus ſignificandi in abſtracto. propterea cum dictum eſt concretum accidentale nō directe reponi in predicamento apud logicū Intellige hoc propter defectum conditionis ſine qua nō propter defectum rationis reponēdi. ⁊ ſimiliter cum dicitur quod humanitas ⁊ vniuerſaliter abſtractū ſubſtantiale non eſt in genere ſubſtātie intellige propter defectū conditionis ſine qua nō: ⁊ nō rationis reponendi.

Quõ dñt ꝯcretū ſubſtātiale ⁊ accidentale.

¶ Sequitur textus.

¶ Et quia accidentia non cōponuntur ex materia ⁊ forma: ideo non poteſt in eis ſumi genus a materia ⁊ differētia a forma ſicut in ſubſtantiis compoſitis. ſed oportet ut primū genus ſumatur ex ipō modo eſſendi ſm qꝺ ens diuerſimode ſm prius ⁊ poſterius de. x. generibus predicatur ſicut dicitur quantitas ex eo quot eſt menſura ſubſtantie ⁊ qualitas ſm quot eſt diſpoſitio ſubſtantie. ⁊ ſic de aliis ſm philoſophum in. xi. metaphyſice.

¶ Hic declaratur vnde in accidentibus ſumatur genus ⁊ differentia propoſitionibus tribus. Prima eſt genus ⁊ differentia non ſumuntur in eis ex materia ⁊ forma. Secunda eſt genus ſumitur primū ex primo modo eēndi quo predicamentū ipſum pars entis cōſtituerit. Tertia eſt: differentie ſumuntur in accidentibus ex diuerſitate propriorum principiorum. Prima patet ſic in compoſitum ex materia ⁊ forma nō poteſt habere genus ſumptum a materia ⁊ differentia ⁊ forma. Sed accidentia ſunt in compoſita ex materia ⁊ forma. Igitur nō poteſt in eis ſumi genus a materia ⁊ differētia a forma ſicut fit in ſubſtantiis compoſitis quod qualiter intelligendū ſit ſupradictum eſt. Secunda patet ſic: primū genus oportet explicare eſſentiam ſm propriam potentiam que eſt in ea ſicut vltima differentia debet explicare eſſentiā ſm vltimum actum: ſed eſſentia accidentis ſm modū illum quo pars entis conſtituitur habet propriam potentiam. ergo ex illo modo ſumendum eſt genus primū. Intelligendum eſt hic. Primo ens diuidi per quoſdam modos in predicamēta ſicut quodāmodo genus in ſpecies per differentias. Ita quot ſicut ſpecies per id quo generis partes efficiuntur ineſſe ſpecifico cōſtituuntur ita predicamenta per id quo partes entis ſiunt in eſſe generaliſſimo conſtituuntur. ⁊ ideo modi proprij quibus ens ad quodlibet predicamentū deſcendit ſunt illi penes quos prima genera conſtituta ſunt. ſunt aūt iſti modi per ſubſtantiuum menſuratiuum diſpoſitiuum relatiuū actiuū vt dicitur 5° metaphyſice. textu commenti. 14. Notandum eſt ſcḋo quot cum genus ſumitur a re ſm id quo habet rationem determinabilis primum genus ſumendum eſt a re ſm id quo primo habet rationem determinabilis. primo autē habet rationem determinabilis res ſm primum ſui gradum concepta. primus autem gradus rei is eſt quem res ex modo illo ſortitur quo proprium vbi locū inter partes entis vendicat: ⁊ ideo primum genus ſumptum ab illo modo entis importat rem vt primo determinabile. ⁊ propterea iſta ſe conſequuntur ſumi a re ſm propriam potentiam eius. i. ſm id a quo primo habet rationem determinabilis ⁊ ſumi a re ſm modum illum quo entis pars ſit. ⁊ ſic pꝫ aſſumpta ratio.

¶ Sequitur textus.

¶ Differentia vͦo in eis ſumuntur ex diuerſitate principiorum ex quibus cauſantur. ⁊ quia proprie paſſiones ex propriis principiis ſubiecti cauſantur: ideo ſubiectum ponitur in diffinitione eorum loco. differentie ſi in abſtracto diffiniantur ſm quod ſunt proprie in genere ſicut dicit quot ſimitas eſt naſi curuitas. ſed ecōuerſo eſſet ſi eorum diffinitio ſumeretur ſcḋm quod concretiue dicuntur. ſic enim ſubiectum in eorum diffinitione poneretur ſicut genus: quia tunc diffinirentur per modum ſubſtantiarum compoſitarum in quibus ratio generis ſumitur a materia ſicut dicimus quot ſimum eſt naſus curuus. ſimiliter etiam eſt ſi vnum accidens alterius accidentis principiū ſit: ſicut principiū relationis eſt actio ⁊ paſſio ⁊ q̄titas. ⁊ ideo ſm hec diuidit philoſophus relationē in qnto metaphyſice.

¶ Hic ponitur tertia propoſitio ſcilicet quod differentie ſumuntur in accidentibus ex diuerſitate propriorū principiorum ⁊ declaratur a poſteriori. Signum enim quod differentie ſumantur ex diuerſitate propriorum principiorum eſt quot in diffinitione accidentium in abſtracto que proprie habent genus ⁊ differentias. ſubiectum ponitur loco differentie. hoc enim nō eſſet niſi accidentia differrent penes ſua propria principia. ꝓpterea enim proprie paſſiones differunt inter ſe quia principia

ſubiecti ex quibus cauſatur inter ſe differūt. ⁊ quia poſſet aliquis ſignum hoc inficiari dicens quod ſubiectū proprium quandoq̃ ponitur in diffinitione proprij accidentis loco generis ⁊ non differentie: ideo ad hanc obiectionem excludendā ſubditur: lꝫ econuerſo eſſet ⁊c. ⁊ vult dicere quod licet ita ſit quod quandoq̃ ponatur ſubiectum in diffinitione proprij accidentis loco generis ⁊ nō differentie: quia tamen hoc nō fit niſi cum accidens in ꝯcreto diffinitur. quod vt ſic nō eſt in genere. Ideo hoc nō obſtat noſtre ſententie qua accidentis differentiā ſm quod in predicamento eſt vnde ſumenda ſit declarauimus. cā enim quare in diffinitione accidentis in cōcreto ſubiectū ponitur loco generis non eſt ipſa natura accidentis. ita ꝙ ſubiectū eius eēntia pro genere ſibi vendicet. ſed eſt modus eius ſignificandi. quia enim concretū ex modo ſignificandi importat totum coniunctum. ſ. accidens ⁊ ſubiectum: ideo quot modum rerum diffinit compoſitarum in quibus genus ſumitur a materia ⁊ differētia a forma ⁊ propterea ſubiectum cū ſe habeat vt materia loco generis ponitur ⁊ natura generis ſimū eſt. Cum ſe habeat vt forma loco differētie ponitur ⁊ dicitur naſus curuus. non ſic autē eſt cum diffinitur accidens in abſtracto. tunc enim ponitur vt genus id quod eſſentia ipſius accidentis determinat ſibi vt genus. ⁊ ponitur loco differentie id a quo accidens ſm naturam ſuam ſpecificam differentiā trahit. ſ. ſubiectum proprium ⁊ dicitur ſimitas: ⁊ curuitas naſi. Manifeſtum quoq̃ fit hoc. ſ. quot differentie accidentium ſumuntur ex diuerſitate principiorum propriorum non ſolum quando accidens immediate cauſatᷣ a ſubſtantia: ſed etiam quando vnum accidens eſt alterius principium proprium: tunc differentias ſortiuntᷣ accidentia cauſata penes diuerſitatem accidentium cauſantium: vt patet de relationibus: quare differētia attenditᷣ penes ſua fundamenta ſeu cauſas puta actionem paſſionum ⁊ quātitatem: vt patet ⁊ ex diuiſione. Diuiſione relatiuorum facta ab Ariſto. 5° metaphyſice. textu cōmenti. 20. ⁊ per hoc excluditᷣ obiectio alia que poſſet fieri de ſecunda ⁊ tertia paſſione eiuſdē ſubiecti. poſſet enim aliquis dicere quomodo alia eſt differentia ſecunde paſſionis a differentia prime ſi ex principiis ex quibus fluit paſſio differentia ſumitur: Quādoquidem eadem ſunt principia a quibus fluunt prima ⁊ ſecunda. Excluſa enim eſt hec obiectio per hoc quod dictum eſt ꝙ quando vnum accidens eſt principium alterius. Differentia poſterioris accidentis non ex diuerſitate remotorum principiorum: ſed propriorum attenditur. ⁊ ideo cum prima paſſio ſit principium ſecunde nō ſunt eadem propria ⁊ immediata principia prime ⁊ ſecunde.

℄ Sequitur tertius.

℄ Sed quia propria principia accidentiū nō ſemper ſunt manifeſta: ideo quandoq̃ ſumimus differentias accidentium ex rerum effectibus ſicut congregatiuum ⁊ diſgregatiuum viſus dicuntur differētie coloris que cauſantᷣ ex abūdantia ⁊ paucitate lucis ex qua diuerſe ſpecies coloris cauſantur: ſic ergo patet quomodo eſſentia eſt in ſubſtantiis ⁊ accidentibus. ⁊ quomodo in ſubſtantiis compoſitis ⁊ ſimplicibus. ⁊ quomodo intentiones logice vniuerſales in eis. Inueniuntur excepto principio quod eſt infinite ſimplicitatis cui non cōuenit ratio generis ſpeciei. ⁊ per ꝯſequens nec diffinitum preter ſuam ſimplicitatē. In quo ſit finis ⁊ conſumatio huius ſermonis.

℄ Quia poſſet tertio aliquis dubitare de hoc quod dictum eſt. ſ. quod differentie accidentium ſumuntᷣ ex eorum proprijs principijs. ⁊ hoc qꝺ quandoq̃ ſumimus eorum differentias ab effectibus ſicut albedinis ⁊ nigredinis differentias dicimus congregare ⁊ diſgregare viſum: ideo ad hanc dubitationem tollendam dixit qꝺ hoc contingit non ex natura ipſorum accidentium: ſed ex nobis quibus propria principia accidentium occulta cū ſint opus eſt ex effectibus notioribus differentias ſumere: que differentias veras quodāmodo nobis inſinuent nobis ſicut in exemplo propoſito liquet. albedo enim ⁊ nigredo differunt a priori ex paucitate ⁊ abūdantia. ⁊ paucitate lucis. lux enim in opaco corpore exiſtens aliqualiter obumbrat albedinem conſtituit. valde autem obumbrata nigredinem a poſteriori autem differunt congregare ⁊ diſgregare viſus. ex hoc enim contingit diſgregare: quia ibi eſt ſatis de luce ⁊ non econuerſo. ⁊ quia abūdantia ⁊ paucitas lucis non ita nobis manifeſte ſunt ſicut cōgregare ⁊ diſgregare. ideo loco propriarum differentiarum congregatiuum ⁊ diſgregatiuum ponimus dicentes. Quot albedo eſt color diſgregatiuus viſus. nigredo vero congregatiuus. hic aduertas quot non dixit ſubiectum eſſe differentiam accidentis: ſed poni loco differentie. habent enim proprium genus ⁊ propriam differentiam ſui generis: que tamen abſq̃ ſubiecto nō poſſit explicari completa. ⁊ ideo omnino oportet ſubiectum in diffinitione accidentis cadere: vt dictū eſt: vltimo epilogus fit eorum que dicta ſunt in quorum explicatiōe meā opinionem ita prolatam eſſe volo vt vbi veritati conſentanea inuenta non ſunt ⁊ ingenio ⁊ etati venia detᷣ. Adoleſcentiam enim adhuc ago. vbi autem veritatis tramitem ſecuta videbitur gratiaꝝ debite actiōes diuo Tho. habeantur a quo quicquid veri eſt didici.

℄ Expliciunt cōmentaria fratris Thome caietani ſacre theologie ac ordinis predicatorū profeſſoris in libellū diui Thome aquinatis de ente ⁊ eēntia anno Xpiane ſalutis. M.cccclxxxv.



℄ Diui Thome aquinatis ſacri ordinis fratrum predicatorum Aureum ⁊ inſigne opuſculum de ente ⁊ eſſentia feliciter incipit.

Prohemium.

Quia paruus error in pricipio magnus eſt in fine ſm phꝫ primo celi ⁊ mundi. Ens autem ⁊ eſſentia ſunt que primo in intellectu cōcipiuntur: ut dicit Auicena in ſua metaphyſica.

℄ Eximii ſacre theologie doctoris fr̄is Armandi de beluiſio ſacri ordinis predicatorū inſigne ⁊ aureū opuſculum de ente ⁊ eſſentia diui Thome aquinatis eiuſdē ordinis preclariſſima cōmentaria incipiunt feliciter

℄ Lectio prima.

Libellus iſte cuius ſbm vel materia eſt eſſentia in p̄ma ſui diuiſiōe diuiditur in ptes duas. ſ. p̄hemium ⁊ tractatū. Secūda pars ibi. (Sciendū eſt igitur) p̄hemiū ēt diuiditur in tres partes. Qꝛ in p̄ma pte ponitᷣ cā neceſſitatis cōponendi hunc tractatū. In 2ª explicatᷣ intētio. In 3ª declat ordinē ꝓcedendi: ſcđa ibi. (Iſte ex eoꝝ). tertia ibi. (qui vero ex cōpoſitis.) Quantū ad primā ptem itendit talem rōnem. Quicunq̃ errat circa p̄ncipia: magis errabit circa p̄ncipiata. Sed ens ⁊ eſſentia ſunt p̄ncipia oīum intellectualiū opationū. ergo q̄cūq̃ errat circa nām entis ⁊ eēntie errat circa oēs opatiōes itellectuales. Sed hoc ē valde incōueniens: cū pfectio nr̄a itellectiua cōſiſtat in itellectuali opatiōe vt dicit phs in. 11. metaphyſice. ergo neceſſe fuit cōponere aliquē libellū in quo nā entis ⁊ eſſentie oñderetᷣ. Circa hāc rōnem ſic ꝓcedit. qꝛ p̄mo ꝓbat maiore p phm qui dicit in libro de celo ⁊ mūdo. paruꝰ error in p̄ncipio magnus ē in fine. Secūdo ꝓbat per auctoritatē Auicē. q dicit ꝙ ens ⁊ eēntia ſunt que p̄mo itellectu cōcipiuntᷣ. ℄ Circa hec que dicta ſunt duo ſūt notāda. Primū quō v̄ificatᷣ auctoritas phi. Scđm quō etiā auctoritas Auicē. ℄ Quantū ad p̄mum ſciendū eſt ꝙ oīa p̄ncipiata continentᷣ virtualr̄ in ſuis p̄ncipijs: q̄cunq̃ p̄ncipiata ſint illa ſiue ſint p modū illatiōis ſicut ꝯcl'os q̄ virtualiter cōtinentur in p̄miſſis. Dico notanter virtualr̄ quia ſi nō eēt virtualiter in oī ſyll'o fieret nugatio ſiue p modū efficientis ſicut iſta inferiora que virtualr̄ cōtinentur in corpibus ſupceleſtibꝰ: qꝛ ſupiora corpa habent efficere iſta inferiora. vnde homo ⁊ ſol generat hominem ſiue per modū alicuius cōtinentie vel p̄dicatiōis ſicᷣ minus vl'ia ſub magis vl'ibus continentur virtualiter ⁊ qꝛ ſic in ipſis virtualiter cōtinentur. ideo error ⁊ falſitas q̄ accidit in principijs redundat in ſua principiata: ⁊ qꝛ ad vnum p̄ncipium multa ſequūtur p̄ncipiata. Iccirco paruus error in p̄ncipio magnꝰ ē in fine. ℄ Quantū ad 2m eſt ſciendū ꝙ ſm phm p̄mo phyſicoꝝ intellectui noſtro. p̄mo occurrūt magis confuſa: vt ſunt magis vl'ia: vt ibidem expōitur. Cuius ratio eſt: quia intellectus nr̄ in ſua cognitione ꝓcedit de potentia in actū: quia in p̄ncipio eſt in pura potentia ad oēs ſpēs intellectuales. oī aūt ꝓcedēti de potentia in actum. p° occurrunt actus imperfecti: ſicut pꝫ in generatiōe nāli. nam in embrione p̄us debꝫ eē potentia negatiua: deinde potentia ſenſitiua: deinde rōnalis potētia. ⁊ ſicut p̄us occurrit impfectū. cū ergo actus vl'es ſiue ꝯfuſi ſint impfecti. ⁊ quāto vl'iores: tāto impfectiores: ⁊ ens ⁊ eſſentia ſint vl'iſſima. ſeqtur ꝙ ens ⁊ eſſētia ſint que p̄mo intellectu cōcipiuntur. vt dicit auicen.

℄ Deinde cum dicit.

Ratio q̄re paruus error in principio magnus eſt in fine

Rō quare ens ⁊ eſſentia ſint q̄ p° intellectu cōcipiuntur.

℄ Ideo ne ex eoꝝ ignorantia errare contingat. Ad horū difficultatē aperiendā dicēdū ē qd nomine eēntie ⁊ entis ſignificetur. ⁊ quō in diuerſis inueniūtur. ⁊ quō ſe habeant ad intētiones logicas. ſ. genus: ſpēs: ⁊ differentias:

℄ In hac pte doctor explicat ſuam intentiōem: ⁊ tangit tria. de quibus determinare intendit quia dicit ꝙ intendit determiare qd ſignificetur p nomē entis ⁊ eēntie. 2° quō inueniatur in diuerſis. ſ. in ſubijs tā ſimplicibus q̄ꝫ cōpoſitis ⁊ in ipſis accidentibus. 3° qualr̄ eēntia ſe hēat ad intētiones logicas. ſ. ad genꝰ ⁊ drīam. Et q̄liter accipiatur eēntia: vtꝝ ſm ſe vel ꝓut eſt in ſuis inferioribus vl' ꝓut eſt in intellectu qñ ſibi attribuitᷣ aliqua intētio logicalis. ℄ Ad euidentiā iſtius pticule. Sciēdū ꝙ ſm phm 2° poſterioꝝ. 4. ſunt q̄ōnes: due ſimplices ſiue non cōponentes in numerū. ſ. an eſt. ⁊ quid eſt. que iō dicūtᷣ ſimplices. quia q̄ritur de eēntia rei ⁊ de cā talis eēntie: nihil aliud ſibi attribuendo: vt cū q̄ritur an hō ſit. poſtea queritur quid ſit. Alie due ſunt cōpoſite ſiue cōponētes ī numerū. vt quia ē: ⁊ ꝓpter qd eſt. q̄ quidē dicūtur ponere in numeꝝ: qꝛ q̄ritur de inherentia alicuiꝰ ad aliud: vt cū q̄ritur vtꝝ homo ſit albus: ⁊ hoc dato q̄ritur cā talis inherentie: ꝓpter qd ſit albus. ℄ Ulterius eſt ſciendū. ꝙ iſte q̄ſtiones ſic ſe hn̄t per ordinē. ꝙ due prime p̄cedunt duas vltimas ſicut ſimplicia p̄cedūt ꝯpoſita. ⁊ ſic ſe hn̄t p̄me adinuicē. ꝙ prima p̄cedit ſcđam: ⁊. 2. de neceſſitate p̄ſupponit p̄mā. Et eodē mō alie ſe hn̄t adinuicē. Et q̄uis ſolm de iſtis. 4. q̄ōnibꝰ Ariſ. ibi faciat mētionē. Eſt tñ alia q̄ō. q̄ oēs iſtas p̄cedat. ſ. q̄ō qd ſignificetᷣ per nomen de qua facit mētionē in p° poꝝ: vbi arguit ꝯ negātes p̄ncipia tāq̄ꝫ ad vltimū refugiū ad illā q̄ōnē recurrit. vt pꝫ in 4° meta. ⁊ qꝛ iſta q̄ō p̄cedit alias: ideo dicit doctor. ꝙ vult p̄mo dicere qd ſignificetur noīe entis ⁊ eſſentie. ℄ Quare aūt Ariſ. nō fecit mentionē de iſta q̄ōne 2° poſterioꝝ. Dicēdū. ꝙ ariſ. loquebatᷣ ibi de q̄ōnibꝰ rei ⁊ realibus. iſta aūt q̄ō eſt vocis ⁊ noīs. ⁊ iō ibi nō fecit mentionē de ea. Ubi notandū ꝙ q̄ō. qd ſignificatᷣ p nomen: differt a q̄ōne qd rei: tripliciᷣ. Primo qꝛ pōt ſciri ⁊ cognoſci. qd noīs. ignorato qd rei: nō aūt ecōuerſo. Scđo qꝛ qd noīs eſt tam entiū q̄ꝫ nō entium. qd rei aūt eſt ſolm entiū. vñ de hircoceruo pōt ſciri qd noīs. nō aūt qd rei: qꝛ nō eſt: nec eē pōt in reꝝ nā. Tertio differt: qꝛ qd noīs eſt p̄ncipiū inueſtigādi an aliquid ſit in reꝝ nā. ſed qd rei eſt p̄ncipiū inueſtigandi an aliqd ſit vel inſit alicui vt paſſio in ſubo.

℄ Deinde cū dicit.

℄ Quia vero ex cōpoſitis cognitionē ſimpliciū accipe debemus. ⁊ ex poſterioribus deuenire in priora vt a facilioribus incipientes conuenientior fiat diſciplina. Ideo ex ſignificatione entis ad ſignificationē eſſentie ꝓcedendū eſt.

℄ Hic ponit ordinē ꝓcedendi quē in iſto tractatu intendit ſuare. Et dicit ꝙ p° intendit determinare de ente. 2° de eēntia: ⁊ aſſignat talē rōnē: oīs tradēs aliquā diſciplinā: dꝫ p̄us determinare de cōpoſitis ⁊ poſterioribus q̄ꝫ de ſimplicibꝰ ⁊ p̄oribꝰ. Sed ens eſt qd cōpoſitū ⁊ poſterius: eēntia vero eſt qd ſimplex ⁊ p̄us: ergo ex ſignificatione entis ad ſignificationē eēntie eſt ꝓcedendū. Circa hāc rōnē ſic ꝓcedit: qꝛ p° ponit maiorē dicens ꝙ ex cōpoſitis ſimpliciū cognitionē accipe debemus: ⁊ ex poſterioribꝰ in p̄ora deuenire: ⁊ aſſignat rōnē: qꝛ ſi cōpoſita ⁊ poſteriora ſunt faciliora ad cognoſcendū in ſimplicibꝰ ⁊ prioribus ⁊ cōis diſciplina eſt a facilioribꝰ in difficiliora ꝓcedere: ergo ⁊c. Sꝫ nō ponit minorē. ℄ Notandū ꝙ aliqd pōt eē magis notū alio duplr̄. Uno modo ſimplr̄ ⁊ ſm ſe ſiue ſm nām: ⁊ iſto modo ſimplicia ⁊ priora ſunt magis nota cōpoſitis ⁊ poſteriorībꝰ. Et q̄ꝫto ſūt ſimpliciora: ⁊ p̄ora tāto ſm ſe ſūt notiora. Et qꝛ deus eſt ſimpliciſſimꝰ ⁊ p̄or oīum. Iccirco eſt de ſe maxime notus.

Quot ſunt queſtiones ⁊ quis ordo eorū ad inuicem

Rō quare q̄ō quid ē q̄ō dicunt per nomē non ponitᷣ 2°. poſteriorum

Qualiṫ differat queſtio qd nominis ī q̄ōne quid rei

Utrū ſimpliciora ſint rariora cōpoſitis aut econuerſo

Alio mō pōt eē aliq̄d eē magis notū quo ad nos. ⁊ iſto° cōpoſita ⁊ poſteriora ſūt magis nota ſimplicib⁹ ⁊ pori/bus ⁊ q̄to ſūt magis cōpoſita ⁊ poſteriora: tāto ſūt no/bis notiora. Et q: ſm Ari. in p° ph̄ycoꝝ. Innata ē nobis via a notioribus ad ignotiora deuenire. Jcc irco bn̄ dr̄ in maiori ꝙ ex cōpoſitis ſimpliciū cognitionē debem⁹ acci/pere ⁊ ex poſteriorib⁹ in p̄ora deuenire. ¶ Ad euidētiā aūt maioris ēſt ſciendū ꝙ ɔcretū ⁊ abſtractū ſic ſe hn̄t adinuicē ꝙ ɔcretū ē qd̄ cōpoſitū. abſtractū vō qd̄ ſim/plex. q: lꝫ albedo nō poſſit ītelligi ſine ſb̄o pfecta intelle/ctiōe: tn̄ de ſe dicit purā albedinē non informantē ſubie/ctū nec ſibi īherentē. Sed ipſaꝫ ſignificāt p modū per ſe ſtātis ſi poſſibile eēt. Sed albū dicit qd̄ cōpoſitū. q: licꝫ dicat purā qualitatē de ſuo ſignificato: dicit tn̄ ipſaꝫ q̄lita/tem. ſ. albedinē exn̄tē in ſb̄o. vn̄ ɔcernit ſb̄m ⁊ de ſecun/dario ītellectu ip̄m ſb̄m īportat ⁊ cōnotat. Sꝫ ita ſe hn̄t eēntia ⁊ ens ſicut ɔcretū ⁊ abſtractū: q: eēntia dicit pu/rā eēntiaꝫ. Sed ens dicit eēntiam ⁊ eē alicuius. Et iō di/cit doctor ꝙ ens ē qd̄ cōpoſitū: eēntia vō ſimplex: ⁊ q: cōpoſitū ē poſterius ſimplici. iō ītelligēduꝫ ē ꝙ ens ē qd̄ poſteri⁹: eēntia vō p̄us. ¶ Querit̄ h̄ qd̄ ſit ob̄m intelle/ctus. q: alicubi vr̄ ꝙ ens ſicut in p̄n° huius tractatus: vt pꝫ p Auic. q dicit ꝙ p̄m qd̄ obijcit̄ ītellectui ē ens. illud aūt qd̄ p̄mo obijcit̄ intellectui ⁊ cuilibꝫ alteri potētie eſt ob̄m eius. alicubi aūt inuenit̄ qd̄ ob̄m intellectus eſt qd̄ qd̄ ē: ſiue q̇ditas rei ſicut in libro poſterioꝝ ⁊ meta. alibi ēt dr̄ ꝙ verū eſt ob̄m ītellectus ſicut bonū ē ob̄m volū/tatis: vt habet̄. 6. meta. ¶ Ad euidentiā iſtoꝝ ē ſciendū ꝙ qōlibꝫ iſtoꝝ triū pōt dici ob̄m ītellectus diuerſimode tn̄ ſumēdo ob̄m. Nam ob̄m alicuius potētie pōt dici tri/plr̄. Uno° p eo ſub quo oīa q̄ ſub illa potētia ītrant cōti/nent̄. ⁊ iſto° ens ē ob̄m ītellectus. 2° mō p eo qd̄ ē p̄nci/palius: ⁊ ꝓpriū maxīe illius potētie. Et iſto mō ꝙ qd̄ ē ſiue q̇ditas ē ob̄m ītellectus: ita tn̄ ꝙ q̇ditas rei īmālis ſi/ue ſenſibil' eſt ob̄m ītellectus: vt dicit. s. Tho. in p̄a pte ī multis locis. q̇dit[a]s vō īmālis eſt obiectū ītellectus ſe/pati. 3° mō pōt dici ob̄m potētie. id qd̄ ē: rō q̄re diuerſa cadūt ſub vna po^a. ⁊ ſic verū eſt ob̄m ītellectus q: quic/qd ītelligit̄: ītelligit̄ ſub rōe veri. ēt ſi illud nō ſit veruꝫ. ⁊ ſic: q̄cq̄d appetit̄: appetit̄ ſub rōne boni. ēt ſi illud de ſe eēt malū. Hec aūt q̄ dicta ſūt manifeſtari p̄nt p ob̄a alia/rū potētiaꝝ ⁊ p ſubiecta oīm ſciaꝝ: q: ſicut ſe hn̄t ſciētie ad ſubiecta: ſic ſuo mō ſe hn̄t potētie ad ſua obiecta. Sꝫ dimitto cā breuitatis. Quid aūt hoꝝ triū q̄ dicta ſūt ve/rius ⁊ ꝓpri⁹ dici debeat ob̄m ītellectus ſnīe melioris iu/dici derelinquo. ¶ Q: vō in hoc tractatu de ente ⁊ eēn/tia determinat̄ vt īfra patebit: rōnabilr̄ querēdū ē vtrū eē ⁊ eēntia ſint idē realr̄ in creaturis vel dr̄ant. vr̄ ꝙ ſint idē realr̄: q: certū ē ꝙ creatio termīat̄ ad eſſe. q: ſm au/ctorē libri de cāis. p̄ma rerū creataꝝ ē eē. ſi g° eēntia eēt aliud ab eſſe realr̄: ſeq̄ret̄ ꝙ crearet̄ p accn̄s aut ꝙ eēnt due creatōes. Una q̄ daret̄ eē: ⁊ alia q̄ crearet̄ eēntia: h̄ ſūt īcōueniētia. igit̄ ⁊c̄. Jn oppoſitū ē ꝙ pticipās ⁊ ptici/patū dr̄ant realr̄. Sꝫ eēntia pticipat eē. g° ⁊c̄. ¶ Ad iſtā q̄ōnē dōm ꝙ eē ⁊ eēntia in creaturis dr̄ant realr̄. in deo aūt ſūt idē. cui⁹ rō pōt aſſignari. q: ſicut ſe hꝫ mā ad for/mā ⁊ p̄uatiōeꝫ: ita ſe hꝫ eēntia ad eē ⁊ nō eē. q: ſicut mā recipit formā. ⁊ p̄uatio reijcit formā: ita eēntia recipit eē ⁊ nō eē ei⁹ oppoſitū reijcit. Sed ita ē ꝙ mā differt realr̄ nō ſolū a p̄uatiōe. Sed ēt a forā q: ſm ph̄m p° ph̄ycoꝝ iſta ſūt tria p̄n^a realr̄ diſticta. ſ. mā forā ⁊ p̄uatio. g° ſeq/tur ꝙ p̄uatio nō ſolū differt realr̄ ab eē. ſed ēt a non eſſe. ¶ Ad ar^m ē dōm ꝙ creatio nō terminat̄ ad eē niſi ad eēn/tiā ſub eē. Nā ſuppoſitū ē qd̄ quodāmodo cōpoſitū ex eē ⁊ eēntia ⁊ oēs actiōes. vt habet̄ p° meta. ſūt ſingula/riū ſiue ſuppoſitoꝝ qd̄ aūt dr̄ ꝙ creatio terminat̄ ad eē. q: p̄ma reꝝ creataꝝ ē eē: nō ē ītelligendū ꝙ ip̄m eſſe ſit creatura ad quā creatio ꝓp̄e terminet̄: ſed ē ītelligendū ꝙ eē ē rō q̄ aliq̄d terminet̄: ſicut color nō dꝫ dici obiectū viſus. Sed coloratū dr̄ tn̄ ob̄m viſus. q: color ē rō forā/lis obiecti viſus. q: nihil vr̄ niſi rōne coloris: licꝫ coloratū ſit ꝓp̄ie ob̄m viſus. ¶ Et ſi q̄rat̄ qd̄ p̄us creat̄ an eē vl'

Qualr̄ cō/creta dican/tur eſſe cō/poſita

Quid ſit obiectum ītell'r

Utrū eē ⁊ eēntia diffe/rant realiť.

Utruꝫ eſſe

eēntia. Dicendū reali' loq̄ndo ꝙ neutrū p̄us alio creat̄ ſed ābo ſil'. Sed tn̄ rō ɔſideratiōis attendat̄. poterūt ibi aſſignari p̄us ⁊ poſterius. q: vtrūqꝫ potent. p̄us ab alte/ro creari. Nā ſi ɔſideret̄ ꝙ eēntia non pōt dari niſi hēat eē. ſic eē ē p̄us creatū. ſed ſi ɔſideret̄ ꝙ eē creati nō pōt eē niſi recipiat̄ in eēntia. ſic eēntia p̄cedit eē. Unde ꝓp̄ie loq̄ndo ſi creatū ē ſuppoſitum eē ⁊ eēntia ſunt concreta.

creat' p[̄us] q̄ eēnti[a] ⁊ econuer[ſo]

## ¶ Qd̄ ens diuiditur dupliciter.

Sciendū ē ꝙ ſicut in. v. meta. ph̄s dicit ens p ſe dicit̄ duplr̄. Uno mō qd̄ diuidit̄ p. x. gnā. Alio mō qd̄ ſignifi/cat ꝓpoſitionū ueritatem. ¶ Lectio. ii.

Poſtq̄ auctor p̄miſit ꝓhemiū. Nūc exeq̄t tra/ctatū. ⁊ tria facit. q: p° manifeſtat. vn̄ ſumat̄ nomē eēntie. 2° exeq̄t de eēntijs rerū. 3° epi/logat oīa q̄ ſūt dicta. 2a ibi. (Sed q: ens abſo/lute) 3a ibi. (Sic g° pꝫ ꝙ eēntia). vn̄ p̄a diuidit̄ in tres ptes. q: p° ponit q̄ſdā dr̄iam ad ſuū ꝓpoſitū. Jn 2° de/clarat vn̄ dr̄ nomē eēntie. Jn 3° q̄uō nom̄ eēntie ɔueniat cū q̇ditate ⁊ forā ⁊ nā. ⁊ q̄uō dr̄ant. 2a ibi. (nomē igitur eēntie). 3a ibi. (q: vt dictū ē) p̄a. enī diuidit̄ in duas. q: p̄/mo ponit diuiſionē. 2° declat mēbra diuiſiōis aſſignādo dr̄iam īter ea. 2a ibi. (hoꝝ āt dr̄ia ē). Dicit ergo. Scien/dū ꝙ ſicut dicit ph̄s. 5. meta^e. Ens p ſe diuidit̄ duplr̄. Uno mō qd̄ diuidit̄ in. x. gnā p̄dicamenta. ſ. ſb̄am q̄lita/tē ⁊ q̄ntitatē ⁊c̄. Alio mō qd̄ ſignificat v̄itatē ꝓpoſitionū. ¶ Ad euidentiā iſti⁹ ptis ē ſciendū ꝙ iſta ē p̄ma diuiſio entis. ꝙ entiū aliud ē p ſe ⁊ aliud p accn̄s. Ens p accn̄s ē qd̄ cōpoſitū ex duob⁹ terminis qd̄ ens in nullo p̄dicamē/to ē. Ens aūt p ſe ſimplex termin⁹ ē. Ens ēt p accn̄s di/ſtiguit̄ in duos modos. Un⁹ modus ē qn̄ duo ſūt ſic cō/iūcta p accn̄s ꝙ vnū accidit alteri vt hō alb⁹. Scd̄s mo/dus ē qn̄ duo accn̄tia accidūt alicui. 3° vt albū ⁊ muſicū q̄ accidūt Petro. Poſſet addi ēt terti⁹. ſꝫ nō ita ꝓp̄ie: vt qn̄ vnū accidit duob⁹. tūc illa duo p̄^a dn̄r vnuꝫ ens p accn̄s vt Petr⁹ ⁊ Martin⁹ q: ambob⁹ accidit albedo. Scd̄a diuiſio entis ē q: ens diuidit̄ in ens in aīa ⁊ in ens extra aīam. Ens in aīa appellatur ens rōnis. Ens extra aīam appellat̄ ens reale. Et iſta ē diuiſio h̄ poſita. q: ens reale ē illud qd̄ diuidit̄ in. x. gnā. Ens vō rōnis eſt illud qd̄ ſignificat v̄itatē ꝓpōnis. Tertia diuiſio ētis ē entis p ſe real' in. x. p̄dicamēta. Quarta diuiſio cuiuſlibꝫ entis p̄/dicamētal' ē in actū ⁊ potentiā: q: aliqd̄ ē ens actu ⁊ ali/qd̄ ē ens po^a. Ens aūt rōnis poſſet ēt diſtigui q: q̄ddaꝫ ē ens rōnis qd̄ ē pure negatiuū ⁊ remotiuū vt p̄uatiōes ⁊ negatiōes. aliud ē qd̄ nō ē ita remotiuū vt relatiōes rō/nis ⁊ ſcd̄e ītētiones: ⁊ alia hm̄ōi. ¶ Deinde cū dicit.

Quo m[o]do ens [di]uidatur [⁊ quō] ſit ens [ſu]ma[...]

¶ Horū āt dr̄ia ē. q: forma pōt dici ens illud de quo affirmata propoſitio formari poteſt. ēt ſi illud in re nihil ponat per quē modū pri/uationes ⁊ negationes entia dicunt̄. Dicim⁹ enī ꝙ affirmatio eſt oppoſita negatiōi. ⁊ ꝙ ce/citas eſt in oculo. ſed primo modo non poteſt dici aliquid ꝙ ſit ens niſi qd̄ in re aliqd̄ pōat. vn̄ p̄rio modo cecitas ⁊ hm̄ōi non ſunt entia.

¶ Hic declat mēbra ſup̄apoſite diuiſiōis pōnēs dr̄iaꝫ īter ea dicēs ꝙ hm̄odi ētis in h̄ dr̄nt. q: 2° mō pōt dici ens oē illud de q̄ affirmatiua ꝓpō pōt forāri q̄uis in re illud nihil pōat p quē mōꝫ negatōes ⁊ p̄uatōes ēt ſignifi/cāt. Dicim⁹. n. ꝙ negatio opponit̄ affirmatiōi. ⁊ ꝙ ceci/tas ē in oculo. Sꝫ p̄mo mō nō pōt dici ens niſi qd̄ ē ali/qd̄ in re extra aīaꝫ. Et iſto° negatōes ⁊ p̄uatōes nō ſunt ētia: q: in re nihil ponūt: ſꝫ ſolū r̄mouēt. ¶ Notandū ꝙ negatio ⁊ p̄uatio ⁊ ɔ̄riū ɔueniūt ⁊ dr̄unt adinuicē: ɔueni/unt q: oīa talia aliqd̄ remouēt. Sed in h̄ dr̄unt q: p̄uatio ſic remouet hītū ſibi oppoſitū qd̄ tn̄ p̄ſupponit aliqd̄: p̄/ſupponit enī ſb̄m ſibi deteriatū ⁊ aptū natū: ſicut cecitas p̄ſupponit id qd̄ erat ſb̄m oculoꝝ: ⁊ tn̄ de ſe nullā formā

Quō [nega]tio ⁊ p[̄ua]tio ⁊ ɔ̄[ria] ɔueni[ant ⁊] differ[ant]

[Ut]rum ali[q]d poſſit [eē] ens qd̄ [nō] habeat [eē]ntiam.



vel nām dicit. vn̄ dr̄. 4. meta. ꝙ p̄uatio ē negatio in ſb̄o apto nato. ɔ̄riū vō ſic remouet formā ɔ̄riam: qd̄ tn̄ po/nit aliqd̄ ſb̄m ſibi deteriatum ⁊ de ſe dicit aliquā formā ſiue nām: ſicut albū r̄mouet nigrū ⁊ p̄ſupponit ſupficieꝫ ſibi addendo aliquā nām: cuius rō ē q: ɔ̄ria ſūt in eodeꝫ gnē: vt dr̄ in p̄dicamētis ⁊ in. 4. meta. itaq̄ꝫ vtrūqꝫ illoꝝ dicit aliquā nām. negatio vō ſic remonet ꝙ ſub̄m aliqd̄ nō p̄ſupponit nec nāꝫ aliquā dicit. vt nō ens. ¶ Notan/dū ꝙ ex his que dcā ſunt pꝫ exp̄ſſe ɔ̄ illos qui dicunt ꝙ ens rōnis nō ē ens. īpoſſibile ē enī ꝙ aliqd̄ diuidatur in aliq̄. ⁊ nō p̄dicet̄ de quolibꝫ illoꝝ: qdcūqꝫ ſit illud diui/ſum: ſiue ſit vniuocū ſiue ſiue ſit eq̄uocū ſiue ſit analoguꝫ vt pꝫ diſcurrēdo p ſingula. q: ens per ſe. ⁊ ens reale di/uidit̄ in ſb̄am ⁊ accidēs lꝫ ſit analogū iccirco pōt dici: ꝙ ſicut ſb̄a eſt ens reale: ita accidens eſt ens reale: licꝫ non hēat ita pfectam realitatē ſicut ſb̄a: vt patebit īferius. s. Thomas in p̄ma ſcd̄e. q. arti. 4. in corpe q̄ōnis exp̄ſ/ſe dicit ꝙ ens rōnis eſt ens ſm qd̄ ſicut ⁊ accn̄s. Cum ergo ſm doctrinā Ariſ. ens p ſe diuidit̄ in ens in aīa qd̄ eſt ens rōnis. ⁊ in ens extra aīam qd̄ eſt ens reale. Seq/tur ꝙ ſicut poſſuꝫ dicere ꝙ ens reale ē ens p ſe: ita poſſū di/cē ꝙ ēs rōis ē ēs p ſe ⁊ dicē oppo^m vr̄ eē īplicatio ɔ̄dictō/nis vt pꝫ diligēti ɔſiderāti: lꝫ nō ea pfectione dicat̄. Si tn̄ aliq̄ diuidant̄ p quādā reſolutionē: in ill' nō tenet ꝙ diui/ſum p̄dicet̄ de diuidētibus: ſicut hō diuidit̄ in aīam ⁊ ī corpus ⁊ mixtū in. 4. elemēta: iſto tn̄ diuiſiōis mō non diuidit̄ ens ab Ariſt. Nota ēt ꝙ ex ipſo noīe pꝫ ꝙ ens rōnis ē ens ⁊ īmplicat ɔ̄dictionem dicere ɔ̄riūm: niſi q̇s vellet dicere ꝙ illa additio rōnis eſt remotiua entis q̄re vident̄ dicere ꝙ ens rōnis ſit ens eſt ſl'a ſm qd̄ ⁊ ſim/plicit̄ ſicut cū dr̄ hō mortu⁹ ē. g° hō eſt: pꝫ manifeſte h̄ deriſoriū eē: q: h̄ qd̄ dr̄ rōnis nō ē remotiuū entis p ſe. Sed ē remotiuū realitatis. vt pꝫ diligent̄ ɔſideranti: q: alias diuiſio non valeret ⁊ ſeipſaꝫ deſtrueret quod eſt ī/conueniens. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

Utruꝫ ens rationis ſit ens

¶ Nomē igit̄ eēntie nō ſumitur ab ente. ſecū/do modo dcō. aliqua enim dicunt̄ hoc modo que eēntiam nō habēt. ut pꝫ in priuationibus ſed ſumit̄ eēntia ab ente. primo modo dcō. vn/de Cōmē. in eodeꝫ loco dcm̄ ens p̄rio modo dcm̄ eſt qd̄ ſignificat eēntiam rei.

¶ Jn iſta pte doctor declāt. vnde dr̄ nomē eēntie. ⁊ di/cit ꝙ hoc nomē eēntia nō ſumit̄ ab ente. 2° modo dcō. ſ. ente rōnis. q: iſto mō aliq̄ ſūt entia q̄ eēntiā nō hn̄t vt pꝫ in p̄uatiōibus. Sꝫ ſumit̄ ab ente p̄mo mō dcō. ſ. ab en/te reali qd̄ diuidit̄ in. x. p̄dicamēta. ⁊ hoc ɔfirmat p au/ctoritatē Cōmē. q dicit in eodē loco ꝙ ens p̄mo mō di/ctū ē qd̄ ſignificat eēntiā rei. Notādū ꝙ hoc exp̄ſſe vr̄ a doctore ꝙ ens rōnis ē ens: q: dicit ꝙ aliq̄ dicunt̄ entia q̄ nō hn̄t eēntiā ſicut p̄uatiōes: ⁊ ɔſtat ꝙ p̄uatiōes ſūt en/tia rōnis. ¶ Dubitat̄ de eo qd̄ doctor dicit ꝙ alique di/cunt̄ entia q̄ nō hn̄t eēntiā q: vr̄ eē īplicatio ɔ̄dictiōis. q: ſicut dictū ē ſepius ens ⁊ eēntia ſe hn̄t ſicut ɔcretū ⁊ ab/ſtractū vt albū ⁊ albedo. Sꝫ eēt īplicatio ɔ̄dictiōis ꝙ ali/qd̄ eēt albū qd̄ nullā hr̄et albedinē: cū eē albūm nihil ali/ud ſit q̄ꝫ hr̄e albedinē ita ēt cū ens ſit idē ꝙ hr̄e eēntiam: dicere ergo ꝙ aliqd̄ ſit ens ⁊ nō hēat eēntiā vr̄ īplicatio ɔ̄dictōis. ¶ Dicendū ꝙ ens p̄mo acceptū dr̄. Uno mō p ente reali qd̄ diuidit̄ in. x. p̄dicamēta. ⁊ iſtud tale ens ē ɔcretū eēntie. ⁊ de iſto veꝝ ē ꝙ ē īpoſſibile. ꝙ aliqd̄ ſit tale ens ⁊ nō hēat eēntiā: q: tale ens ē reale. ⁊ ēt hꝫ realē eēntiā. Et dō iſto ītelligebat̄ ſupi⁹. ⁊ talia ētia nō ſt̄ p̄uatio/nes ⁊ negatiōes. Alio° accipit̄ ens p eo qd̄ diuiſum eſt ſupius in ens in aīa ⁊ in ens extra aīam. ⁊ iſtud ens ē cō/cretū eēntie. ⁊ iō iſto. 2° mō aliqd̄ p̄t dici ens qd̄ tn̄ n̄ dicē eēntiā vt p̄uatio. Et ſi q̄rit̄ certū ē ꝙ tale ens rōnis ē cō/cretū. oꝫ g° ꝙ hēat abſtractū. dōm ē ꝙ eius abſtractū ē entitas. vn̄ p̄uatiōes lꝫ nō hēant eēntias hn̄t tn̄ ſuas ētita/tes īperfectas cū ſint ēt entia impfecta. vn̄ hn̄t entitatem rōnis: ſicut ſunt entia rōnis: iō in plus eſt entitas q̄ eēn/tia. vt pꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et q: ut dcm̄ eſt ens hoc modo dcm̄ diui/dit̄ per. x. genera opꝫ ꝙ eēntia ſignificet aliqd̄ cōmune omnibus naturis. per quas diuerſa entia in diuerſis generibus ⁊ ſpēbus collacan/tur. ſicut humanitas eſt eēntia hominis. ⁊ ſic d̄ aliis. ¶ Et q: illud per qd̄ res conſtituit̄ in ꝓ/prio genere uel ſpē ē quod ſignificamus p dif/finitionem indicantem quod quid eſt res. Jn/de eſt ꝙ nomē eēntie a ph̄is in nomē quiditat̄ mutat̄. ⁊ hoc ē ꝙ ph̄s. vii. meta. frequēter no/minat quod quid erat eē. i. hoc per quod ali/quid habꝫ eē qd̄. dicit̄ for. ſm ꝙ per formam ſignificat̄ pfectio ul' certitudo uniuſcuiuſqꝫ rei ubi dicit Auic. in. ii. meta. ſue. hoc. n. alio no/mine nā dicit̄ accipiēdo nām ſm ph̄m modoſ illoꝝ quatuor modoꝝ quos Boetius de dua/bus naturis aſſignat ſꝫ. ſ. ꝙ nā dr̄ eē illud qd̄ quocūqꝫ mō ītellectu capi pōt. nō. n. res ītel/ligibilis ē niſi p ſuā diffinitionē ⁊ eēntia ⁊ ſic ēt dicit ph̄s. v. meta. ꝙ oīs ſub̄a ē nā.

¶ Hic manifeſtat q̄uō nomē eēntie trāſferat̄ in nomen q̇ditatis. ⁊ aſſignat dr̄iam. ⁊ p̄mo diuidit̄ in. x. p̄dicamē/ta ⁊ ē qd̄ cōe ad decē p̄dicamēta. opꝫ ēt q̄ ab ipſo ſumūt̄ hr̄e ſignificationē aliquā cōem oībus naturis p quas di/uerſa entia in diuerſis generibus ⁊ ſpēbus collocant̄: ſic̄ hūanitas ē cōis oībus hoībus. ⁊ ptes in quas diuiditur hō. Deīde hoc qd̄ dōm eſt applicat ad ꝓpo^m. ⁊ p̄mo ad q̇ditatē ⁊ dicit ꝙ q: id p qd̄ aliqd̄ ɔſtituit̄ p̄mo in ge/nere vel in ſpē ē hoc qd̄ ſignificat̄ per diffinitionē indicā/tem qd̄ eſt res. vn̄ ē ꝙ nomē eēntie per qd̄ aliqd̄ repon/tur in gnē vel in ſpē. ideo a ph̄is mutat̄ in nomē q̇ditatis ⁊ hoc declāt dicens ꝙ ph̄s frequēter noīat qd̄ qd̄ erat eē per hoc ꝙ aliqd̄ hꝫ eē qd̄. Scd̄o applicat ad formam dicens ꝙ eēntia dr̄ forma ſm ꝙ p formaꝫ ſignificat̄ cer/titudo vniuſcuiuſqꝫ rei vt dicit Auic. 2° ſue meta. Ter/tio nomē eēntie applicat̄ ad nām. Unde dicit ꝙ eēntia ēt dicit̄ nā accipiendo nām ſm p̄mū modū illoꝝ. 4. quos Boetius ponit in li° de duab⁹ naturis ⁊ vna pſona xp̄i ſ. ꝙ nā dicit̄ eē id qd̄ ītellectus quocūqꝫ mō capit ⁊ aſſi/gnat rōnem dicēs ꝙ nulla res ē ītelligibilis niſi p diffini/tionē ⁊ eēntiam ſuā. Ex eo ꝙ obiectū ītellectus ē q̇ditas ⁊ eēntia rei ⁊ hoc ɔfirmat̄ ēt p dcm̄ ph̄i. 4. meta. qui di/cit ꝙ oīs ſb̄a ⁊ eēntia dr̄ nā quedam.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Nomē aūt nature hoc modo ſūpte uidet̄ ſi/gnificare eēntiā rei ſm ꝙ hꝫ ordinē ad ꝓpriā opōnē rei. cū nl'la res ꝓpria d̄ſtituat̄ opatōeꝫ q̇ditat̄ vō nomē ſūi' ex h̄ ꝙ p diffinitōeꝫ ſigni/ficat̄. Sꝫ eēntia dr̄ ſꝫ ꝙ p eā ⁊ ī ea res hꝫ eē.

¶ Explicat dr̄iam īter illa que dcā ſunt dicens ꝙ eēntia dr̄ nā ⁊ nomē nature aſſumit. ⁊ hoc nomen nature hoc mō ſumpte ſm qd̄ eēntia hꝫ ordinem ad ꝓpriā opera/tionē cū nulla res ꝓpria opatiōe deſtituat̄. Et rō huius eſt. q: ſm ph̄m. 2° ph̄ycorum. Nā eſt p̄ncipium motuſ ⁊ q̇etis. Sed nomē q̇ditatis aſſumit eēntia inq̄ꝫ^m ſignifi/cat̄ p diffinitionē: q: diffinitio indicat ꝙ qd̄ ē ſiue q̇ditatē rei. Sed eēntia appellat̄ ſm qd̄ per eā res ē ens. ⁊ ha/bet eē. Sed eēntia forma dr̄: inq̄ꝫ^m ꝙ per ipſam certitu/do rei demonſtrat̄. ¶ Nota ꝙ oīa iſta. 4. ſ. eēntia q̇di/tas forma ⁊ nā ſunt idem realr̄. Sed dr̄unt adinuicem rōne ſicut hūanitas eadeꝫ ē realr̄ eēntia hoīs q̇ditas ho/minis forma hoīs: nā hoīs. Sed dr̄unt rōne ab inuiceꝫ ꝓut aliqd̄ illoꝝ noīum aſſumit̄. nā humanitas dr̄ eē eēn

Quō eſſen/tia: q̇ditas: forā ⁊ nā ſūt ideꝫ: ⁊ q̄uō dr̄ant.

tia hoīs inq̄ȝᵐ per eā hō hȝ ꝙ ſit hō ab humanitate ſ[u]per hūanitatē: dr̄ hūanitas q̄ditas hoīs inq̄ȝᵐ hūanitas ſignificat per diffinitionē hoīs. nihil enī aliud ſignificat ꝑ hāc diffinitionē aīal rōnale mortale niſi hūanitas. Dr̄ ēt hūanitas forma hoīs inq̄ȝᵐ per hūanitatē certificat eē hoīs ⁊ diſtinguit ab oī alio eē for. ēt dr̄ hūanitas nā hominis inquantum ꝑ humanitateȝ opationes ſuas queciq̄ȝ ſint ille. ¶ Nota ꝙ lȝ eēntia ⁊ eē actualis exiſtentie differāt realiter: vt dictuȝ ē ſupra. eēntia tamē ⁊ eē eēntie ſūt idē realiter ⁊ ſimul producuntur. Sed drūt rōne. q: eēntia dicit quid abſtractum. eē vō concretum. eēntia dicit quid ſimplex. eē vō quid compoſituȝ. eēntia dicit aliquo mō cām. eē vō dicit effectum. q: eē ē effectus eēntie. ⁊ q: abſtractum eſt prius concreto. ſimplex compoſito. cā cāto. iccirco quantum ad conſiderationem rōnis eēntia dicit prior q̄ȝ eē. q: vō eēntia ē illud cum ē reale. ideo vtimur iſto nomine: quicquid erat eē ſeu quicquid ē eē id ē quiditas vel eēntia. q: vō eēntia precedit eē ſm viam rōnis: ideo vtimur iſto nomine quod quid erat eē id ē eē quod erat quiditas. vt per hoc verbum erat: importetur aliquis ordo ſaltē rōnis. ⁊ ſic pȝ quo modo cōueniunt ⁊ drūt. qō quid ē eē. ⁊ quod quid erat eē: q̄ditas vō differt ab vtroq̄ȝ illorum. ſicut abſtractum a concreto. ¶ Ex his q̄ dcā ſūt due q̄ones oriūt. Pri ē vtrȝ ens rōnis diſtinguatur ab ente reali ⁊ videtur ꝙ nō. q: per ea q̄ dcā ſunt pȝ ꝙ ens rōnis ē ens. Sȝ ens ⁊ res cōuertunt q: ſunt trāſcēdētia. ergo ens rōnis ē res. Sed omnis res vt videtur ē ens reale. igitur ens rōnis nō diſtinguitur ab ente reali. In oppoſitum ē phs. 5. meta. ⁊ auctor h̄ qui vnum diſtinguit ab alio. ¶ Ad huiꝰ euidētiam ē ſciēdum ꝙ ens rōnis ⁊ ens reale ab inuicē diſtinguunt: ⁊ huiuſmodi rō eē pōt. q: illa que habēt diuerſum eē ab inuicē ſunt diſtincta. q: eē dicit actum. actꝰ aūt ē qui diſtinguit. ecōtra aūt potentia. vt dic̄ phs p̄mo phyſicoruȝ: ⁊. 9. meta. ſed ens reale ⁊ ens rōnis habēt diuerſum eē: q: ens reale habȝ eē in re extra animam. ens vō rōnis habȝ eē in anima. vt dicit phs. 5. meta. ergo ⁊c̄. quo modo aūt intelligitur ꝙ ens rōnis habȝ eſſe in anima patebit in ſequēti q̄one. ¶ Ad arᵐ incōtrariuȝ dicendum ꝙ res pōt accipi dupl'r. Uno modo prout ē vnum de tranſcendētibus. Et iſto modo veruȝ ē dicere ꝙ ens rōnis ē res que ē ens. ⁊ ens ⁊ res conuertuntur et tūc res dicit a reor reris qō idē ē quod cogito cogitas vel intelligo intelligis. Et iſto modo ens rōnis pōt dici res. Et ſic pōt dici res omne ens de quo pōt ꝑpoſitio affirmatiua formari. dato ēt ꝙ tale ens ī re nihil ponat. vn̄ de doctor in prima parte. q. 13. ar. 7. in corpore q̄onis nominat relationem rōnis que eſt ens rōnis rem rōnis et illud quod ē talis res nō eſt propter hoc ensꝰ reale: quia iſto modo non diſtinguitur res contra rōnem ſed cōtra nihil. Alio mō pōt dici et magis proprie ꝑ eo quod ſignificat aliquid ablata omni operatione intellectus. Et iſtoº dicitur res ens quod eſt aptum natum eē extra animaȝ ⁊ ſi qō accipit iſto mō eſt res de neceſſitate ⁊ ens reale. ſȝ iſto mō p̄uationes ⁊ negationes ⁊ alia huiōi entia rōnis nō pūt dici res: ⁊ ſic nō pōt ꝑcedi arᵐ: vn̄ nō eſt vl'r verū ꝙ oīs res ſit ens reale. ¶ Scd̄o dubitat vtrū ens rōnis ſit accidens: ⁊ videt ꝙ ſic: q: omne qō eſt: aut eſt ſubſtātia aut accn̄s. ſed ens rōnis nō eſt ſubſtātia vt oēs ꝯfitent ergo ⁊c̄. ⁊ per hoc diuidit ab ente reali ergo ⁊c̄. ¶ Preterea oē qō eſt in aīa videt eſſe accidēs ⁊ ens rōnis eſt in anima q: ꝑ hoc diſtinguit ab ente reali igit ⁊c̄. ¶ Ad iſtā q̄onē dicen̄. ꝙ ens rōnis nō eſt accn̄s ꝑut accidens diſtinguit ꝯtra ſubſtantiā: ⁊ diuidit in. 9. p̄dicamenta ⁊ rō huius eſt: q: illud qō nō eſt ens reale nō eſt ſubſtātia neq̄ accn̄s. ſed ens rōnis non eſt ens reale ergo ⁊c̄. maior pȝ. q: ens qō diuidit in. x. p̄dicamenta eſt ens reale ergo ⁊c̄. minor etiā pȝ. q: ens rōnis diſtinguit ꝯtra ens reale. Et per hoc pȝ ſolutio ad p̄ᵐ arᵐ q: nō eſt verȝ ꝙ omne qō eſt aut eſt ſubſtātia aut accn̄s: ſȝ ſolum omne qō eſt reale: vn̄ ens rōnis nec ē ſubſtātia nec accidens: q: nō cadit ſub illo diuiſo. ¶ Ad 2ᵐ dicendū eſt ꝙ aliqd pōt eē in aīa tripliciter. Uno mō ſicut accn̄s ī ſubō: ⁊ iſto mō nihil eſt in aīa niſi ens reale ſicut ſpēs habitus ⁊ actus intelligendi. Alio mō ſicut cognitū ī cognoſcēte: ⁊ ſic tā ens reale q̄ȝ ens rōnis pōt in aīa eſſe: inq̄ȝtuȝ ab aīa cognoſcunt. Alio mō ſicut effectus in cā: ⁊ ſic ſolum ens rōnis eſt in aīa q: effectus ab aīa: ⁊ ſic nullo mō ens reale: vel pōt dici ens rōnis eſſe in aīa q: cōſequit ad actus aīe q̄ ſunt in aīa ſubiectiue. hoc aūt diligenter cōſiderare debere indigeret maiori diſcuſſione.

Quō eēnᵃ ⁊ eē eēntie ſunt idem realr ⁊ differunt rōe

Q̄ōo ens rōne diſtinguit ab ente reali

Utruȝ ens rōnis ſit accidens

Q̄ōo ali/

quid ſit ... ī anima ... pliciter.

¶ Deinde cum dicit.

## S Ed q̄a ens abſolute: ⁊ primo dr̄ de ſubſtantiis ⁊ poſterius ⁊ ſm q̄d de accidentibꝰ. ¶ Inde eſt ꝙ eſſentia proprie ⁊ vē eſt in ſubſtātiis. ſed in accidentibus eſt quodāmodo ⁊ ſm quid.

### ¶ Lectio tertia.

P Oſtq̄ȝ doctor manifeſtauit. vn̄ ſumit nomen eēntie. Nūc in iſta pte determinat de eēntijs. ⁊ duo facit: q: p̄º ponit q̄dā q̄ ſunt nobis neceſſaria ad ſuū ꝑpoſituȝ. In ſcd̄a exequit ꝑpoſitū. ſcd̄a ibi. (In ſubſtātijs igit compoſitis.) p̄ma ps triū in tres. q: in p̄ma doctor ponit cōpationē ſubſtānarȝ ⁊ accidētiū penes eēntiā. In. 2. ponit cōpationē ſubſtātiarȝ ꝯpoſitarȝ ⁊ ſimpliciū etiā penes eēntiā. In. 3. pte rn̄dit cuidā tacite q̄oni. 2ᵃ ibi. (ſubſtātiarȝ vō.) 3ᵃ ibi. (Sȝ q: illarȝ ſubſtantiarȝ.) Quātū ad p̄mā ptē ponit cōpationē ſubſtātiarȝ ⁊ ⁊ accidentiū: ⁊ dicit primo ꝙ tā ſube q̄ȝ accidentia habēt eēntias realr diſtinctas: tn̄ in hoc ē drīa. q: dicit ꝙ eēntia vere ⁊ ꝑprie ē in ſbijs. Sȝ in accidētibꝰ quodāmodo ſȝ q̄d: ⁊ hoc ꝑbat tali rōne. ſicut ſe hēt ens ad ſubam ⁊ accidēs: ita ſe hȝ eēntia. Sȝ ita ſe hȝ ens ꝙ vere ⁊ ꝑprie dicit de ſbijs: quodāmodo āt ⁊ ſm q̄d dicit de accidentibus. igit ⁊c̄. ¶ Circa hāc rōnem ſic ꝑcedit. q: nō ponit minorē ſed bene eius ꝑbatiōem. ſed maior ſic ꝑbat: eſſentia: vt dcm̄ ē: ſumit ab ente ꝙ diuidit ī ſbaȝ ⁊ accn̄s ⁊ ē cōe ad ea. igit ſeq̄t ꝙ ſicut ſe hȝ ens ad ſubaȝ ⁊ accidēs ita ⁊ eēntia. minorē nō ponit. ſed ꝑbatiōem eiꝰ dicens ꝙ ens ꝑ p̄us ⁊ abſolute dicit de ſubijs. poſteriꝰ āt q̄ſi ſm q̄d de accidētibꝰ. ſm de illo dicit ens vere ⁊ ꝑpe d̄ quo dicit abſolute ⁊ ꝑ p̄us. de illo aūt dicit quodāmō ⁊ ſm q̄d: de quo dicit poſteriꝰ ⁊ in ordine ad p̄us igitur ⁊c̄. ¶ Ad euidētiā iſtius ptis q̄dā ſūt notāda. Primū ē de hº qō dicit ꝙ ens priꝰ de ſuba dr̄ poſteriꝰ vō de accidētibꝰ. vn̄ ſciendū ē ꝙ aliqd diſtingui pōt tripl'r q: ſicut vniuocū. aut ſic equocū. vl' ſic analogū. ⁊ in hº ē drīa q: vniuocū dicit de ſuis īferioribꝰ ſm idē nomē: ⁊ ſm eandeȝ rōem ⁊ equal'r. ſicut aīal de hoīe. Equiuocū vō dicit ſȝ idē nomē. ſed nō ſm eandē rōem. ſed ſm diuerſa ⁊ eq̄liter: vt canis de latrabili et ſidere celeſti. Analogū vō dicitur ſm idē nomē et per attributiōem ad eandē rōem. ſȝ nō eq̄lit q: ꝑ priꝰ et poſteriꝰ. vt ſanū de aīali et vrina et medicina. ſed q: ens diuidit in ſubam et accidēs ſic analogū in analogata. iō dicit ꝙ ens dicit ꝑ priꝰ de ſubſtantia: et ꝑ poſteriꝰ de accn̄te. ¶ Scd̄o notādū ē qō dicit ꝙ accn̄a nō hēnt eēntiā vere et ꝑprie vbi ſciēdū ꝙ illa q̄ nō hēnt eēntiā per ſe ſtantē. ſȝ potiꝰ depēdētē illa nō hn̄t ꝑprie et vere eēntiā quia illa non ſunt talia qō per ſe hēant eē. ſed accidētia oīa hēnt eēntiā dependētē ⁊ non aptas ꝑ ſe ſtare ex eo ꝙ accidētis eē ē ineſſe. igit accn̄a non hēnt veras eēntias. ¶ Sȝ h̄ orit dubitatio de hoc qō dcm̄ ē ꝙ nullū accn̄s hēt eēntiā verā q: hȝ iſpam depēdentē q: ſm doctrinā cōem tria ſūt p̄dicamēta abſoluta. ſ. ſuba q̄litas et q̄ātitas. Sȝ vnū quodcūq̄ȝ p̄dicamētū pōit ſuā eēntiā. ſeq̄tur ꝙ iſta tria hēnt eēntias abſolutas ⁊ non dependētes. gº q̄ȝtitas ⁊ q̄litas hn̄t veras eēntias. Oppoſitū dicit doctor in lrā. ¶ Ad hoc dīm ꝙ nullū accn̄s hēt verā eēntiā abſolutā. Et rō huiꝰ eſt q: illud qō de ſui nā ē depēdens hēt ſuā eēntiā d̄pendētē. ſed oē accn̄s ē huiōi igitur ⁊c̄. Notādū ꝙ aliqd pōt eē dependens tripliciter vno mō ſicut a cā efficiēte. alio mō ſicut a ſubō. 3º modo ſicut ab obiectio. Primo mō oīa citra deū hn̄t ſuas eēntias depēdētes. ſolus deꝰ hȝ ſuā eēntiā abſolutā. 2º mō oīa accidētia hēnt eēntias depēdētes ⁊ ſola ſuba hēt eſſentiā abſolutā. niſi ſit ſuba que ſit pars compoſiti. vt mā ⁊ forma. que nō ſūt cōpleta in ſpē. Tertio mō oīa p̄dicamēta p̄ter ſbam q̄ȝtitatem ⁊ q̄litatē. habēt eēntias dependētes q: oīa dependēta ſuis obiectis. vn̄ illa dicunt depēdentia q̄ȝtū ad ſubiecta ⁊ q̄ȝtuȝ ad obiecta. q̄ȝtitas vō ⁊ qualitas ſolum ſunt dependētes q̄ȝtum ad ſubiectum in quo habēt eē. vnde vno modo depēdēt. Alio mō non ⁊ ſic pȝ ſolutio ad arᵐ.

Quarto ... accidentia ... habent ... tiam ... ⁊ prop...

Utrum ... accidentia ... eſſentiā ... pendē...

¶ Deinde cum dicit.



## ¶ Subſtātiarū. vō quedā ſunt ſimplices: ⁊ quedā cōpoſite: ⁊ ī utriſq̄ȝ eſt eēntia: ſȝ in ſimplicibꝰ veriori ⁊ nobiliori modo: ſm ēt ꝙ habent eſſe nobilius: ſūt ēt cā eſſe eorum que cōpoſita ſunt adminus ſba prima ⁊ ſimplex q̄ deus eſt.

¶ Ponit cōpationē ſbarȝ ſimplicium ⁊ compoſitarum penes eēntias. ⁊ p̄mo ponit diuiſionem dicēs ꝙ ſbaruȝ quedā ſūt ſimplices ⁊ quedā cōpoſite. ⁊ cōpat eas adinuicē dicēs ꝙ lȝ in vtriſq̄ȝ ſit eēntia. tn̄ in ſubijs ſimplicibꝰ veriori ⁊ nobiliori mō q̄ȝ in cōpoſitis. ⁊ hoc ꝑbat ꝑ talē rōnem. ſicut ſube ſe habēt ad eē. ita ſe hn̄t ad eēntias. ſed ſbe ſimplices hn̄t nobilius eē q̄ȝ cōpoſite. ergo hn̄t nobiliores eēntias. maior pȝ q: eſſe ſe hȝ ad eēntiam ſic actus ad potentiā. Sed illa q̄ habēt nobiliorē potētiā: habēt ēt nobiliorem actū. minor probat q: ſube ſimplices ſūt cāe ſubarȝ cōpoſitarȝ ⁊ ſi nō oēs adminus ſuba prima ſūme ſimplex que deus ē. Sed id qō ē alicuius cā hȝ nobilius eē q̄ȝ cātum q: cā eſt nobilior effectu. de illa rōne doctor ſolū ponit minorē cū ſua ꝑbatiōe. ¶ Ad euidētiam iſtiꝰ ptis eſt notandū ꝙ nō ē ſimpl'r ⁊ vl'r verū ꝙ ſubſtantia ſimplex hēat nobilius eē q̄ȝ cōpoſita: q: videmus ꝙ mixtū eſt nobilius ieſſe q̄ȝ ſimplex elemētum. Ad cuiꝰ ſolutionē ſciendum: ꝙ ſimplex cōpoſita vt h̄ ſumit ꝯtra cōpoſitū diſtinguit. vnde ſciendū ꝙ ſimplex ſuba pōt eſſe dupl'r. Una que ē vel de ſui nā habȝ eē per eēntiaȝ compoſiti. Alia vō eſt ſuba ſimplex qō nec eſt nec eē pōt ps cōpoſiti per eēntiam. ſi p̄mo mō ītelligit verbū doctoris nō eſt vrū. ſ. 2º mō bene ē verū. ¶ Ad cuius declaratōeȝ ē ſciendū ꝙ ſuba cōpoſita ex aliquibus ſubſtātijs ſimplicibꝰ pōt ſe hēre tripliciter. Uno mō ꝙ cōponatur ex ſubſtātijs ſimplicibꝰ in actu exiſtētibus ⁊ actu manētibus ⁊ iſtud cōpoſitū eſt vnū per quādam aggregationem: vt domꝰ ē ſubſtātia cōpoſita lapides ligna cementū ſunt ſube ſimplices ⁊ certū ē ꝙ domꝰ hēt ꝑfectiorem eēntiam q̄ȝ ligna vel lapides q: q̄cquid ꝑfectionis eſt in lignis vel lapidibꝰ totū ē in domo ⁊ plus. Scd̄o mō ꝙ aliqō cōpoſitū ſic cōponat ex ſimplicibus ꝙ illa oīa ſint in actu. ſed facta cōpoſitiōe nō maneāt actu. ſed virtute. ⁊ iſto mō corpus mixtū eſt ſuba cōpoſita. q̄tuor vō elementa ſūt ſube ſimplices. ⁊ certū ē ꝙ mixtū hȝ verioreȝ ⁊ ꝑfectiorē eēntiam q̄ȝ ſimplex elemētū. Tertio mō aliqō cōpoſitū cōponit ex aliq̄bus ſimplicibus nō actu manentibꝰ: nec exiſtētibus. Sed vnū ſe hȝ ſicut actus: aliud vō ſic potētia ſic ſimplex elemētū ē ſuba cōpoſita. mā vō ⁊ forma ſūt ſube ſimplices. ⁊ de iſtis verū ē ꝙ cōpoſita ſuba hȝ nobiliorē eēntiā q̄ȝ mā ſiue forma. Si vō 2º mō ītelligat. ſ. ꝙ ſba accipit ꝑut nō ē nec eē pōt pars cōpoſiti ſic ē verū ꝙ ſuba ſimplex hȝ ꝑfectiorē eēntiā q̄ȝ ſuba cōpoſita. ⁊ iſto modo angelus ⁊ anima ſunt ſimplices: alia vō oīa ſunt cōpoſite ſube. ⁊ certū eſt ꝙ illa habēt eēntias nobiliores q̄ȝ ſube nāles. ⁊ hoc ēt pōt dici de aīa q̄ñ eſt ſepata. q: tūc hȝ modū eēndi ſubarȝ ſepatarȝ que habēt ꝑfectiorē eēntiam q̄ȝ aliqō cōpoſitū. licȝ nō habeat ꝑfectā ſpēm ſi cōſideret vt ē pars ſpēi q: dū exiſtit in corpore nō habȝ eēntiam ſic ꝑfectā ſicut dum eſt ſeparata.

Qualit ſba ſimplex habeat nobiliorem eēntiam q̄ȝ cōpoſita ⁊ q̄liter non.

Quot modis dicatur aliquid cōponi ex ſubſtātijs ſimplicibus

¶ Deinde cum dicit.

## ¶ Sed quia illarȝ ſubarȝ eſſentie ſunt nobis magis occulte. iō ab eēntiis cōpoſitorȝ incipiendum eſt ūt a facilioribus conuenientior ſiat diſciplina.

¶ Hic reſpondet cuidā tacite q̄oni. poſſet. n. aliquis dicere. dictū ē ꝙ veriori modo eēntia ē in ſubijs q̄ȝ in accidētibus. ⁊ ex hoc rōnabiliter ꝑceditur q: p̄mo agitur d̄ eēntijs ſubarum q̄ȝ accidentiū vt patebit. Sed cuȝ dcm̄ ſit ēt veriori modo ⁊ nobiliori eēntia ſit in ſubijs ſimplicibus q̄ȝ cōpoſitis. ¶ Ur merito dubitari q̄re non p̄us determinari debeat de eſſentijs rerū ſimpliciū q̄ȝ compoſitarȝ. huic q̄oni rn̄det dicens lȝ eēntia ſit ꝑfectiori modo in ſubijs ſimplicibus q̄ȝ in cōpoſitis accipiendo ſubam: 2º modo que nō ē nec eē pōt pars cōpoſiti in eēntia ſbarȝ ſimpliciū eſt nobis magis occulta q̄ȝ eēntia ſubſtātiaruȝ cōpoſitarum quaruȝ eēntia eſt nobis magis manifeſta. ⁊ q: a facilioribus ad difficiliora eſt conueniens diſciplina. ideo plus declarat de eēntijs reruȝ cōpoſitarum q̄ȝ ſimplicium. ¶ Notandū ꝙ aliquid pōt nobis eē occultum dupl'r. vno mō ex pte obiecti: ex eo ꝙ obiectuȝ habet parū de cognoſcibilitate: q: habȝ parū de entitate: ſicut relationes tēpus ⁊ mā ⁊ cetera ſilia que ſunt nobis magis occulta ꝑpter ſuā paruā entitatem. ⁊ iſto modo eēntie ſubarȝ ſimpliciū nō ſunt nobis occulte: q: de ſe ſūt valde cognoſcibiles q: ꝑfectas entitates habēt. Alio mō aliquid ē nobis magis occultum ꝑpter defectuȝ noſtre virtutis cognoſcitiue que non eſt proportionata ad illud obiectum. Et iſto modo verū eſt ꝙ eēntie ſubſtantiarū ſimplicium ſunt nobis occulte. ⁊ hoc ē quod dicit phus in 2º meta. ꝙ intellectus noſter ſe hȝ ad manifeſtiſſima nature. i. ad ſubas ſepatas ſicut oculus noctue ad lucem ſolis. nō ex defectu ſolis q: nō ſit bene viſibilis. Sed ex defectu virtutis viſiue in noctua que nō eſt bene efficax ad videndū. ¶ Nota ꝙ de ſubſtātijs ſepatis nō poſſumus cognoſcere in vita p̄nti q̄d ſint: ex eo ꝙ nulloº poſſunt cadere ſub ſenſu: ⁊ oīs noſtra cognitio vl' eſt ſub ſēſu vel habȝ originē a ſenſu vt dicit in poſterioribꝰ: poſſumus tn̄ cognoſcere q: ſūt. ſ. per eorȝ effectus: h̄ in iſtis iferioribus apprehendēdo: q: oīs effectus ēt q̄ātūcūq̄ȝ deficiens ꝑbat ⁊ arguit ꝙ ſua cā eſt. non aūt ꝑbat ſuam eēntiam. nec inducit ad eius cognitioneȝ: niſi ſit effectus valde ꝑportionatus cāe: qō non eſt in ꝑpoſito tn̄ q̄ādo anima ſepatur a corpore cognoſcit de eis quid ſūt: q: tūc habet eundē modū eſſendi ⁊ cognoſcendi cū eis. Et hȝ ēt quod dicit phs. 1. meta. ꝙ ignorātia quā habemꝰ hic de ſubſtātijs ſepatis non eſt ſicut cecitas q: ab illa ignorātia ad habitum deuenimus. quod non eſt verū de cecitate: q: de cecitate ad viſū non ſit regreſſus naturaliter Notandum ēt ꝙ in vita preſenti licȝ de ſubſtātijs ſepatis nō poſſumus cognoſcere quid ſint. poſſumus tamen cognoſcere quid nō ſint per remotionē eorum que important defectum in iſtis inferioribus. q: de eis cognoſcimus ꝙ non ſunt materiales nec corporales. nec corruptibiles.

Q̄ōo n̄ ſit prius determinādum de eſſentijs rerum ſimplicium q̄ȝ cōpoſitarū

Quot modis pōt eē aliquid nobis ignotū

Qualit de ſubſtantijs ſepatis nō poſſumꝰ cognoſcē q̄d ſunt ſed q̄d non ſunt.

## ¶ In ſubſtantiis igitur cōpoſitis forā ⁊ mā nota ſūt ut in hoīe anima ⁊ corpus. Nō tā aūt pōt dici ꝙ alterū eorȝ tantū eēntia dicat eſſe. ꝙ enī mā rei ſola nō ſit eēntia planū eſt. quia res ꝑ ſuā eēntiā cognoſcibilis ē ⁊ in ſpē ordiatur uel in genere: mā aūt nō ē cognitiōis principiū nec ſm eā ad ſpēm uel ad genus deteriatur. ſȝ ſm id ſolum qō in actu aliquid eſt.

### ¶ Lectio quarta.

N parte iſta doctor exequitur de eēntijs ſubſtātiarum cōpoſitarum: ⁊ q̄uō ille eſſentie ſe habent ad intētiones logic. s. Diuiditur illa pars in duas q: p̄mo agit de eēntijs ſubſtantiarum cōpoſitarū. Scd̄o vō de eēntijs ſubſtātiarū ſimplicium. 2ᵃ ibi. (Nūc reſtat videre ſm quē modum.) Prima diuiditur ī duas partes. q: primo agit de eſſentijs ſubſtātiarū compoſitarū. Scd̄o manifeſtat q̄uō ille

eēntie ſe habeant ad intentiones logicas.ibi.(viſo igitur qd ſignificet noīe eēntie) Primo iterum diuidit in tres partes.q: primo remouet illa que nō poſſunt poni eēntie rerum cōpoſitarum: Sc̄do concludit ⁊ manifeſtat veritatē.3° remouet quādam dubitationē.2ª ibi.(relinquit igitur)3ª ibi.(Sed q: i. diuiduationis pncipiū).Prima iterū in tres partes diuidit.q: primo probat ꝙ mā ſola non pōt dici eēntia rei compoſite.2° probat ꝙ non ſola forma.3° probat ꝙ nec relatio inter illa nec aliqd ſuperadditū.2ª ibi.(neqꝫ.n.for.)3ª ibi.(non aūt poſſet dici) Dicit ergo ꝙ in ſubſtātijs compoſitis ſunt mā ⁊ forma vt in homine anima ⁊ corpus. Sed neutrum iſtorū poteſt dici per ſe eēntia. Et probat primo de materia tali ratione illud per quod res cognoſcibilis ⁊ per qd in genere ⁊ ſpē collocatur eſt eſſentia rei. Sed per mām res nō eſt cognoſcibilis: nec per ipſam in genere ⁊ ſpecie collocatur.igitur ⁊c.maior pꝫ q: res tunc perfecte cognoſcit quando perfecte intelligit. Sed obiectum intellectus ē eēntia rei.igitur ⁊c.minor probatur q: per eēntiam vnaqueqꝫ res eſt cognoſcibilis: etiaꝫ per ipſam in genere ⁊ ſpē collocatur.igitur ⁊c. Iſtius rationis doctor ponit maiorem ⁊ minorem cum probatiōe. ¶ Nota ꝙ tota cauſa quare mā non poteſt eſſe principiū cognoſcendi ē iſta. mā enim de ſe eſt pura potentia.id aūt quod eſt in pura potentia eſt quid indeterminatum ⁊ infinitum.id qd eſt infinitum inquantum huiuſmodi eſt ignotum: vt dī primo phyſicorum.igitur de primo ad vltimum mā de ſe eſt ignotum.⁊ ideo non poteſt eſſe rō cognoſcēdi alia.

Quare materia nō poteſt eē principium cognoſcendi.

¶ Dubitatur hic vtrū mā de ſe habeat aliquam eēntiā ⁊ videtur ꝙ non: q: illud qd non eſt ens non habet eēntiam.mā non ē ens.igit ⁊c. Nā ens dicitur ab actu eēndi.mā vō de ſe nullum habet actum.igit ⁊c. Ad hoc dicendum ꝙ mā habet ſuam eēntiam realiter diſtincta ab eēntia forme q̄ quidē eēntia eſt ſua potētia. ⁊ huius rō ē q: illud qd habꝫ realitatē diſtinctā a realitate alteri⁹: hꝫ ēt eēntiam diſtinctā ab illo: q: oē ens reale hꝫ eēntiaꝫ: vt dictū eſt. Sed mā hꝫ realitatē diſtinctā a realitate forme qd pꝫ per Ariſto.pmo phyſicoꝝ.qui ponit tria pncipia realiter diſtincta.ſ.mā forma ⁊ pūatio igit. ¶ Ad argm̄ i oppoſitū eſt dicēdum ꝙ ens pōt ſumi dupl'r. Uno mō noīaliter ⁊ tunc idē eſt ens qd hñs eēntiam. Alio modo pticipial'r: ⁊ tunc idē ē ens qd habēs eēndi actū. Unde pmo mō mā dī ens ⁊ nō ſc̄do mō. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

Utruꝫ materia de ſe habeat aliquam eēntiam

¶ Sed neqꝫ ēt forma tm̄: ſed ſuba compoſita eēntia dici poteſt. q̄uis quidam aſſerere conentur. Ex his que dicta ſunt pꝫ ꝙ eēntia eſt id quod p diffinitionē rei ſignificat. Diffinitō aūt ſubarū nāliuꝫ non tantū formā continet. ſed etiā mām: aliter enim diffinitiones naturales mathematice nō differrent.

¶ Hic conſeqnter pbat ꝙ ſola forma nō pōt dici eſſentia ſbe cōpoſite. ⁊ h̄ duo facit.q: pmo ponit qd dictum eſt.2° remouet quoddā dictū.2ª ibi.(nec ēt dici poteſt) pmo dicit qd intēdit ⁊ pbat tali rōne illud qd ſignificat p diuiſionē rei eſt qd ptinet ad eius eēntiam. Sed nō ſolum forma: ſed ēt mā ſignificat p diffinitionē ſbe cōpoſite igit ⁊c.maior pꝫ q: diffinitio indicat eēntiam rei mīor ēt declarat q: aliter nō dñt diffinitiones nāles ⁊ mathematice que in hoc differūt ꝙ nāles accipiant mām mathematici vō nō.iſtius rōnis doctor ponit maiorē ⁊ minorem cū ſua pbatiōe. ¶ Notandum ꝙ Plato poſuit aīam rōnalem eſſe totam eēntiam hoīs ⁊ vniri ſolū materie ſicut motor mobili ⁊ nauta naui: ex hoc rōnabiliter ſeqnebant ipm qui ponebāt aīam rōnalem eē quid cōpletū in ſpē. Sed doctores moderni ponūt aīam eē ptez eēntie q: ponunt eam ptem ſpeciei. ¶ Dubitat h̄ q: dixit ꝙ eēntia dicebat de forma: nūc aūt negat. Dicenduꝫ ꝙ duplex eſt forma.ſ.forma totius ⁊ forma ptis: vt humanitas ⁊ anima. Forma totius idē ē qd eēntia: ⁊ de h̄ intellexit ſuperi⁹. Sed forma ptis nō ē tota eēntia: ⁊ de hac itellexit h̄: ⁊ ſic pꝫ ſolutio. ¶ Dubitat ēt q: dicit ꝙ diffinitio nālis includit mām q: in 2°.phyſicorum.dicitur ꝙ ptes diffinitionis magis collocant in genere cāe formalis. Ad iſtud eſt dicendū ꝙ oēs ptes diuiſiōis poſſūt dici eē in genere cāe formalis: de ptibus aūt diffinitiōis logice ⁊ mathematice: ē manifeſtum ꝙ mathematicus ſolū cōſiderat cām formalē. Et ideo ſue diffinitiones ſūt pure formales. Logicus aūt in ſua diffinitiōe accipit genus ⁊ dr̄iam que ambo dicuntur formales: ſiue ſm ſe cōſiderent: ſiue ſm ordinem ad diffinitionem: h̄ in ordine ad diffinitionē que ex ipſis conſurgit pñt ambe dici hr̄e rōnem materie vel ſi vna comparet ad aliā.vna habꝫ rōnem māe vt genus.alia hꝫ rōnē forme vt dr̄ia. Sed de diffinitiōe nāli videt dubiū.q: nulla potētia.videtur mā cōpoſiti: vt cū dr̄ hō eſt qd cōpoſitū ex anima ⁊ corpore: tūc poſſumus dicere ꝙ illa mā hꝫ rōnem formalē q: nō materia ſignata.ſed cōis ingredit cōpoſitionem ⁊ diffinitionē ex hoc ꝙ ſola ſpēs diffinit.nam cōe ⁊ vl'e in ordine ad ſuum pticulare hꝫ rōneꝫ formalē: q: hꝫ rōneꝫ pdicati.⁊ oē pdicatum in ordine ad ſubiectuꝫ hꝫ rōnem formalē.vnde corpus ad hoc corpus ē qd formale.⁊ h̄ ē qd dicit phs in l° de celo qui dicit ꝙ celū vl'e ⁊ cōe dicit formā.q vō dicit hoc celū pticulare dicit māꝫ p h̄ pꝫ ꝙ materia cōis ēt ſubīduit rōnem forme inquātuꝫ cōis ⁊ vl'is reſpectu ſubiecti. ¶ Nec pōt dici. hic remouet vnū dubiū q: dictum ē ꝙ in diuiſione naturali ſbe nō ſolū ponit fora: ſed ēt materia.ex h̄ dī ꝙ mā ptinet ad eēntiam. poſſet aliquis dicere ꝙ mā nō ingredit talē diffinitionē.niſi ſic additū ⁊ ens extra eēntiam eius. Soluit hic ⁊ dicit: ꝙ hoc eē nō pōt: q: ille modus diffinīēdi p additamenta ē prius accidētiū que pfectā eēntiam nō habent ſm phm.vñ opꝫ ꝙ ſubm ſuū accipiāt in ſua diuiſiōe qd ē extra gen⁹ eoꝝ.nō aūt cōuenit ſubījs cōpoſitis. ¶ Unde notandū ꝙ aliter diffiniunt ſube cōpoſite: ⁊ aliter ptes ſube.⁊ aliter accidētia: q: ſube cōpoſite pfectā eēntiā habent ⁊ nō depēdentē.iō diffiniunt p ſola intrinſeca principia ⁊ eēntialia vt p mām ⁊ formā: vel genus ⁊ dr̄iaꝫ Sed q: ptes ſbe.ſ.materia ⁊ fora vel gen⁹ ⁊ dr̄ia nō habēt eēntiam pfectam.ideo diffiniunt per aliquod extra ſuā eēntiam exñs vt materia p formā ⁊ econuerſo ⁊ ſimilit itelligēdū eſt de accidentibus que pfectam eēntiaꝫ nō habent ⁊ diffiniuntur p ſuum ſubm. ¶ Dubitat h̄ vtrum ſubm ſit de eēntia ipſius accidētis.⁊ videt ꝙ ſic q: illud ſine quo res non pōt eſſe nec itelligi nec diffiniri ē de eēntia eius: ſed ſubm ē huiuſmōi: q: ſine ipſo accñs nō pōt eē nec intelligi nec diffiniri.igit ⁊c. ¶ Ad hoc eſt dicendū ꝙ ſbm nullo mō ē de eēntia accñs ⁊ rō ē q: illa que de ſe abinuicē ſunt diſtīcta realiter ⁊ eēntialit: vnū nō pōt eē de eēntia alterius. Sed ſubm ⁊ accñs ſūt huiuſmodi.igit ⁊c.pꝫ q: ſubꝫ ⁊ accñs ſunt in diuerſis pdicamentis: pdicamēta aūt ſunt impmixta.ergo ⁊c. ¶ Ad argm̄ aūt ē dicendū ꝙ aliquid pōt eē de intellectu alicui⁹ dupl'r. Uno modo ꝙ ſit de pmo itellectu eius ⁊ illud tale eſt de eēntia rei. Sc̄do mō ꝙ ſolū ſit de ſecūdario itellectu ⁊ illud nō pōt eē de eēntia rei: ſic āt ē in pp̄oſito ꝙ ſubm nō eſt de pmo itellectu accidētis: ſed ſc̄dario q̄tū ad diffinitionē. Dicendū eſt ꝙ itelligitur de diffinitione que nō fit per additamēta qd nō eſt in pp̄oſito.igit ⁊c.

Modo platonis q poſuit animā eſſe totam eēntiā ſpeciei.

Utrum ſola fora poſſit dicē eēntiā cōpoſiti

Utruꝫ diffinitio nālis includat mām

Qualit omnē qd aduenit alicui iam exiſtēti i actu ē accidēs

Utrū ſbm ſit de eēntia accidētis

¶ Deinde cum dicit.

¶ Nec etiā poteſt dici q: materia i diffinitiōe ſbe naturalis ponatur ſicut additamētuꝫ eēntie eius uel ens ex illa naturam uel eſſentiā ei⁹ q: hic modus proprius eſt accidentibus que eſſentiā pfcāꝫ nō hñt.unde oꝫ ꝙ in diffinitione ſua ſbām uel ſubiectum recipiat quod ē extra genus eorum. ¶ Patet ergo ꝙ eſſentia comprehendit mām ⁊ formam: non ergo poteſt dici ꝙ eſſentia ſignificet relationem que ē inter mām ⁊ formam: uel aliquid ſuperadditum illis q: hoc de neceſſitate eſſet accidēs extraneum a re nec per eam res cognoſceretur. que omnia eſſentie conueniunt. per formam eni que eſt act⁹ materie: mā efficitur ens actu ⁊ hoc aliquid. unde illud quod ſuperaduenit nō dat eſſe actu ſimpliciter materie ſꝫ eē actuale ſicut accidentia faciunt. ut albedo facit actu album. unde quando talis forma acquirit nō dicitur generare ſimpl'r ſed ſm quid.



¶ Remouet quedā alia a rōe eēntie que a qbuſdā poſſent videri ꝙ eēnt eēntie rerum q: poſſet aliquis dicere. materia nō eſt eēntia rei cōpoſite: nec etiā forma.igit relatio que ē iter materiā ⁊ formā vel aliqd ſupadditum materie ⁊ forme erit eēntia rei cōpoſite. hoc remouet dicens ꝙ de ſe pꝫ ⁊ pbat tali rōne illud qd ē accidēs rei ⁊ extraneū a re: nō ē principium cognoſcēdi rē ⁊ nō pōt eē eēntia eius. Sed iſta ſunt hmōi.igit ⁊c.minor pꝫ. pbat minor q̄tū ſolū ad hoc ꝙ ſit accñs. q: hoc habito ſtatim habem⁹ qd erit extraneū nec erit pncipium cognoſcēdi nec pbat de relatiōe ꝙ ſit accñs q: hoc ē manifeſtuꝫ: ſꝫ ſolū pbat de ſuperaddito: ⁊ hoc per talem rōnem illud quod aduenit alicui exñti in actu eſt accidens. Sed illud ſuperadditum eſt hmōi.igit ⁊c.maior pꝫ: minor declarat q: forma adueniens materie facit ens in actu: ⁊ hoc aliquid ſimpl'r. illud aūt qd poſtea ſupuenit nō fac actu tale ſicut albedo. ⁊ ideo quādo talis forma acqritur non dicitur generari ſimpl'r. ſed ſm quid. ergo ⁊c. Iſti⁹ rōnis doctor nō ponit maiorem nec minorē. Sed pbationem minoris ⁊ eius declarationem. ¶ Nota ꝙ nō omne qd aduenit alicui iam exñti in actu ē accidens: ita ꝙ ſit in genere accidentis q: aliquādo aliqua ſubſtātia aduenit alicui alteri ſube iam exñti in actu: ⁊ tm̄ non erit in genere accidētis. Sicut veſtis hoī ⁊ homo accidit animali vbi eſt diligenter aduertendū ꝙ accidēs pōt accipi dupliciter. Uno mō noīaliter: ⁊ ſic nihil eſt accñs niſi qd eſt in genere accidentis. Alio modo participialiter. ⁊ ſic accidens ē idem quod accidētaliter adueniens qd ēt pōt conuenire alicui ſubſtātie. ⁊ ſic veſtis eſt accidens homini ⁊ homo animali. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Reliquitur igitur ꝙ nomē eēntie in ſubſtātiis cōpoſitis ſignificat illud quod eſt ex materia ⁊ forma compoſitum. Et huic rōni conſonat uerbū Boetii i cōmēto pdicamentoꝝ ubi dicit quod uſya ſignificat compoſitū. uſy.eīm apud grecos idem eſt ꝙ eſſentia apud nos ut ipſemet i libro de duabus naturis. Auic. aūt dicit ꝙ quiditas ſubarum compoſitarum eſt ipſa compoſitio forme ⁊ materie. Com. etiā dicit ſuper.vii.meta. Natura quā hñt ſpēs in reb⁹ gnālib⁹ eſt aliqd mediū.i.compoſitum ex materia ⁊ forma.

¶ Cōcludit veritatem dicēs ꝙ ex quo eēntia rei compoſite nō eſt materia ſola: nec forma ſola: nec relatio que ē inter materiā ⁊ formā: nec aliquid ſupadditum. relinquitur ergo ꝙ nomen eēntie in ſubſtātijs compoſitis ſignificet illud quod eſt compoſitum ex materia ⁊ forma: qd confirmat per auctoritatem ⁊ per rōnem. primo per auctoritatem Boetij in cōmē. predicamentorum qui dicit ꝙ vſya ſignificat compoſitum. Uſya autem apud grecos idem eſt qd eēntia apud latinos: vt ipſemet dicit in libro de duabus naturis ⁊ vna perſona xpi. Sc̄do confirmat per auctoritatem Auic. qui dicit ꝙ quiditas ſbaꝝ compoſitarum eſt ipſa compoſitio materie ⁊ forme.3° per auctoritatem Cōmen. qui dicit ſuper.7.meta. ꝙ natura id eſt eēntia quā habēt ſpecies in reb⁹ generabilib⁹ eſt aliquid medium id eſt compoſitum ex materia ⁊ forma. ¶ Ad euidētiam oīum iſtorum ⁊ iſtaꝝ auctoritatū eſt ſciendū ꝙ non dicunt intelligi ſimpl'r ſicut ſonant: q: non eēt verus intellectus: eēntia enim rei compoſite ſm veritatem eſt illud quod reſultat ex vnione forme cum materia vt in homine humanitas ⁊ in lapide lapideitas: ⁊ ſic de alijs. Auctoritas igitur Boetij debet ſic exponi ꝙ eēntia ſubſtantie compoſite eſt ipſum compoſitum: illud quod reſultat ex compoſitione partium.ſ. materie ⁊ forme: vel Auic. ꝙ eſt ipſa compoſitio vel Cōmen. quod eſt ipſum medium quod reſultat ex compoſitiōe partium. ¶ Deinde cum dicit.

Quō eēntia ſbe ſit in ſubſtātijs compoſitis

Quō fora nō ē ſola cā ſube cōpoſite ſed etiā materia

¶ Aſſignat dr̄iā inter eſſentiā ſubſtātie cōpoſite ⁊ eēntiā ſubſtātie ſimplicis: ⁊ dicit ꝙ in hoc differūt: q: qd̄ ē eēn/tia ſubſtātie cōpoſite: nō eſt tm̄ mā: nec tm̄ forma: ſʒ qd̄ cōplectit̃ vtrūqȝ: q: reſultat ex cōpoſitione vtriuſqȝ: ſed eēntia ſubſtātie ſimplicis eſt tm̄ forma. Et ex iſta dr̄ia dic̄ ipſe ſequunt̃ alie due dr̄ie. Una eſt q: eēntia ſubſtātie cō poſite pōt aſſignari vt totū: ⁊ vt pars: vt humanitas. Et hoc totū eſt ꝓp deſignationē materie quā pōt ſimpliciter excludere. ⁊ tūc ſignificabit̃ vt pars: vt humanitas: vel etiā pōt indiſtincte includere: ⁊ ſic ſignificabit̃ vt totū: vt hō: ⁊ q: pars realis nō pōt p̄dicari: ſʒ totū: vt ſequit̃ etiā ꝯñter ꝙ aliqñ p̄dicet̃. qñ. ſ. ſignificat̃ vt totū vt hō: qñqȝ vo nō. ſ. qñ ſignificat̃ vt ps vt humanitas. nō enim pōt dici ꝙ hō ſit ſua qditas ideſt humanitas: ſʒ eēntia rei ſim plicis q̄ eſt ſua forma nō pōt ſignificari niſi vt totū: cū ni/hil ſit ibi p̄ter formā q̄ſi forma recipiēs qd̄ poſſit excludi per eſſentiā aliquo mō. Et iō q: ſemꝑ ſignificat̃ vt totū: iccirco ſequit̃ ꝙ ſemꝑ p̄dicat̃. vñ quocūqȝ mō ſumatur eēntia ſubſtātie ſimplicis ſiue in abſtracto ſiue in cōcreto ſemꝑ p̄dicat̃ de ea. Et hoc ꝯfirmat ꝑ dictū Auiceñ. dicē tis ꝙ qditas ſimplicis ſubſtātie ē ipſūmet ſimplex: q: nō eſt aliqd aliud recipiēs ipſam vt dictū ē. ¶ Deinde adiū/git ſcd̄aȝ dr̄iaȝ q̄ ſequit̃ ex p̄ª ſuprapoſita. ⁊ dicit ꝙ ſcd̄a dr̄ia ē: q: eēntia rex̄ cōpoſitax̄ ex eo ꝙ cōpoſita ē ex mā ⁊ forma ſequit̃ ꝙ recipit̃ in mā ſignata. Ex quo vlteri⁹ ſequit̃ ꝙ pōt multiplicari ſm diuiſionē ei⁹. Et iō ꝯtingit ꝙ in iſtis cōpoſitis ſint aliq̄ eadē ſpē ⁊ diuerſa numero. Sʒ eēntia ſubſtātie ſimplicis cū nō ſit recepta ī mā aliq̄: nō hʒ nec hr̄e pōt talē multiplicationē: ⁊ ideo oʒ vt nō in ueniant̃ in illis ſubſtātiis plura indiuidua eiuſdē ſpēi. Sʒ quot ſūt īdiuidua tot ſūt ſpēs: vt Auic. dic̄ expſſe. ¶ No tādū ꝙ ex his q̄ dicta ſūt habet̃ manifeſte ꝙ lʒ illa nō ſit bona ꝓpō: ſor. vel hō ē humanitas: tñ iſta eſt bona ꝓpō. Gabriel ē gabrielitas: vel etiā de mortuo gabriele poſſu mus dicē h̄ gabriel ē gabrielitas. Et idē intelligēdū eſt de aliis ſpēb⁹. ſ. de michaele. Raphaele: ⁊ ſic de aliis. Sʒ ignoramus noīa aliax̄ ſpēx̄. vñ gabriel nō ē indiuiduū vt petr⁹: ſʒ ē ſpēs ſicͭ hō: ſʒ h̄ gabriel ē īdiuiduū ſicͭ h̄ hō. Cā aūt vitatis illius ꝓpōnis ē tacta in lr̄a: q: vʒ gabrielitas ni hil excludit de eo qd̄ includit gabriel: nec diſtincte nec in diſtincte: ⁊ dico nihil in quo recipiat̃: q: lʒ gabrielitas ex/cludat eſſe quōdāmō qd̄ indiſtincte īcludit gabriel: nō tñ eēntia recipit̃ in eē: ſʒ magis ecōuerſo. ⁊ iō nō īpedit p̄di cationē. ¶ Nota ꝙ tota cā q̄re angeli nō pñt plurificari numeraľr in eadē ſpē ē: q: eēntia eox̄ nō recipit̃ in aliqua mā ꝑ cuius diuiſioneȝ pñt multiplicari. Nā forme nūq̄ȝ numeraľr plurificant̃ niſi ꝑ multiplicationē materie ſiue ſint forme ſubales ſiue ſubi: ſiue ſint forme accn̄tales ī q̄ bus recipiunt̃. vñ nō poſſent eē due albedines ſepate ⁊ numeraľr diſtincte cū numeroſitatē ſuā recipiant a ſubīs ſuis. vñ nō dr̄ hec albedo: niſi q: eſt in hoc ſubō. vñ ſi fi/erent due albedines ſepate ille dr̄nt ſpē. ¶ Dubitat̃ q: videmus ꝙ ſiūt due q̄ȝtitates realr̄ diſtincte in diuerſis hoſtiis vel altarib⁹ ⁊ tñ ſūt ſine ſubō: ergo ⁊c̄. ſi poſſet fi/eri albedo ſine ſubō poſſent fieri due numeralr̄ diſtĩcte. ¶ Ad hoc ē dicēdū ꝙ ſm doctrinā doctoris albedo: nec aliqua q̄litas poſſet fieri q̄cūqȝ vtute ſine ſubō: lʒ q̄ȝtitas poſſet fieri ⁊ fiat: ⁊ ſi q̄litas fieret nō eēt forma ſenſibilis ſʒ intelligibilis: nec eēt ꝑticularis ſʒ vlis. vñ dicē ꝙ deus facere poſſet vnā albedinē ſepatā ſine oī q̄ȝtitate eſſet di/cere ꝙ deus facere poſſet vnū āgelū q̄ vocaret̃ albedo: qd̄ ē deriſoriū dicere. Et tota cā huius īpoſſibilitatis eſt: q: albedo ſuā ſingularitatē hʒ a q̄ȝtitate: q: nō ē ſenſibilis niſi inq̄ȝtū ē ſingularis: nec ē ſingularis niſi inq̄ȝtū ē in iſta q̄ȝtitate. Et ꝑ hoc pʒ etiā ꝙ ſi fierēt q̄litates ſepate ꝙ dif ferūt ſpē: ⁊ nō ſolū numero: q: nō poſſet fieri h̄ albedo: nec vʒ ſilitudo q̄ȝtitatis: q: aliud ē de q̄ȝtitate: ⁊ aliud de q̄litate: q: q̄ȝtitati ſm ſe ꝯuenit ſitus qui nō ꝯuenit q̄litati rōne cuius ſitus pñt remanere indiuidua ſepata a cōpo/ſito quā indiuiduationē recipit a cōpoſito. Scias tñ ꝙ re tinet ſemꝑ aptitudinē a natura ſua ad ſubm. Et iō nō pñt in ipſa rō accn̄tis: q: nō eſt de rōne accn̄tis actualr̄ inhe/rere ſolū: ſʒ aptitudinalr̄. ¶ Nota ꝙ in ſubſtātiis ſepa/tis: lʒ nō ſit cōpoſitio materie ⁊ forme: eſt tñ in eis cōpo ſitio actus ⁊ potētie: ipm̄ qdē eſſe qd̄ a deo hñt ineſt eiſ/dem vt actus qdā: ſua aūt ſubſtātia cui actus ineſt: ē ſua potētia: vñ cōpoſitio ex actu ⁊ potētia: nihil aliud eſt: q̄ȝ cōpoſitio ex ſubſtātia ⁊ eē. Et hec cōpoſitio dr̄ a qbuſdā ex quo eſt: ⁊ qd̄ eſt: ita ꝙ ipm̄ qd̄ eſt: ſit forma ſubſiſtēs ⁊ potētia: ipm̄ aūt eē eſt actus ex quo eſt. hec aūt cōpoſi tio diuerſimode inuenit̃ in ſubſtantiis cōpoſitis ex mā ⁊ forma: q: cū nec mā nec forma pñt dici qd eſt: ſʒ cōpoſi/tū: ipſa aūt forma nō pōt dici quo eſt: ſʒ p̄nᵐ eēndi: ipſa aūt tota ſubſtātia eſt: qd̄ eſt: ⁊ ipm̄ eē eſt: quo ſubſtantia noīat̃ ens. Nō eſt tñ eiuſdē rōnis cōpoſitio ex mā ⁊ for ma: ⁊ ex ſubſtātia ⁊ eē: q̄ȝuis vtrūqȝ ſit ex potētia ⁊ actu. p̄º quidē: q: mā nō eſt ipſa ſubſtātia rei. nā ſequeret̃ oēs formas eē accn̄tia ſicͭ antiq̄ nāles opinabant̃: ſʒ mā eſt ps ſubſtātie. 2º aūt q: ipm̄ eē nō eſt actus ꝓprius materie: ſʒ totius ſubſtātie. Eius enim actus eſt eē de quo poſſu/mus dicere ꝙ ſit: eē aūt nō dr̄ de mā ſʒ de toto. 3º q: nec forma eſt ipm̄ eſſe: ſʒ ſe hʒ ſm ordinē. cōparat̃ enīȝ ipſa forma ad ipm̄ eſſe ſicut lux ad lucidū: ⁊ ad albū albedo: vl' ſicͭ lux ad lucē ⁊ albedo ad eē albū. Deiñ ēt q: ipm̄ eē cōꝑat̃ ad formā vt act⁹. vñ in cōpoſitis ex mā ⁊ forª dr̄ eē p̄nᵐ eēndi: q: eſt cōplemētū ſubſtātie: cuius actus eſt ipſum eſſe. Sic ergo pʒ ꝙ cōpoſitio actus ⁊ potentie eſt in plus q̄ȝ compoſitio materie ⁊ forme. vnde materia ⁊ forma diuidūt ſubſtantiā nālē. potētia aūt ⁊ actus ens cōmune. Et ꝓpter hoc quecūqȝ ꝯſequunt̃ hoc inq̄ȝtum hoc ſunt cōmunia ſubſtātiis materialib⁹ ⁊ īmaterialib⁹ creatis ſicut recipere ⁊ recipi: ꝑficere ⁊ perfici: que ſunt ꝓpria materie ⁊ forme inq̄ȝtū huiuſmodi. Sed genera ri et corrumpi nō ꝯueniunt niſi ſubſtātiis materialibus.

Qualr̄ dif ferūt qd̄ ē ⁊ mā.

¶ Nota ꝙ differūt qd̄ eſt ⁊ materia: q: qd̄ eſt dicit ipm̄ ſuppoſitū habens eſſe. mā aūt nō hʒ eſſe: ſed cōpoſitum ex mā ⁊ forma: ⁊ ideo mā nō pōt eſſe qd̄ eſt: ſed cōpo/ſitum. ⁊ ꝓpter hoc in oībus compoſitis ex mā ⁊ forma eſt qdem cōpoſitio: ex quo eſt ⁊ qd̄ eſt. ¶ Sed attēden

Quot mo/dis poſſit ac cipi quo ē.

dum ꝙ quo eſt pōt dici tripliciter: q: p̄º poteſt dici quo eſt. ipſa forma ꝑtis que dat eſſe materie. 2º pōt dici quo eſt: ipſe actus eſſendi. ſ. eſſe: ſicut id quo curri t̃ eſt actus currendi. 3º pōt dici quo eſt ipa natura que relinquit̃ ex ꝯiunctione forme cū mā vt humanitas precipue ſm po nentes ꝙ forma que eſt quiditas nō eſt forma partis de quibus eſt Auiceñ.

¶ Deinde cum dicit.

Huiuſmodi ergo ſubſtantie quāuis ſunt forme ſine materia. non tamen inde eis eſt omnimoda ſimplicitas. nec ſunt actus purus. ſed habent ꝑmixtioneȝ potentie: ⁊ hoc ſic patet: quicquid enim nō eſt de intellectu eſſentialis qditatis hoc eſt adue/niens extra ⁊ faciens cōpoſitionem cum eſſen tia: quia nulla eſſentia ſine his que ſunt partes eſſentie intelligi poteſt. Omnis auteȝ eſſentia uel qditas intelligi poteſt ſine hoc ꝙ aliqd in/telligatur de eſſe ſuo. poſſum enim intelligere quid eſt homo uel phenix: ⁊ tamē ignorare an eſſe habeant in rerū natura. ergo patet ꝙ eſſe eſt aliud ab eſſentia uel quiditate.

## Lectio octaua.

Oſtēſo doctor oñdit ꝙ in ſubſtātiis ſimplicib⁹ ſua forma: eſt ſua eēntia: mō in ꝑte iſta decla/ratur vtrū in ſubſtātiis q̄s appellauit ſimpli/ces ſit aliq̄ cōpoſitio vel ſit in eis oīmoda ſimplicitas. Et diuidit̃ in duas ꝑtes: q: p̄º declarat cōpoſitionē que pōt dari in ſubſtātiis ſimplicib⁹. 2º ex illa cōpoſitiōe aſſignat rationē multitudinis eax̄. ſcd̄a ibi. (⁊ q: in intelligētiis.) p̄ª iteȝ diuidit̃ in tres ꝑtes ſm ꝙ tres modos cōpoſitio nis aſſignat in eis: q: dicit ꝙ ſint cōpoſite ex eſſe ⁊ eēntia: ⁊ ex actu ⁊ potētia: ex quo eſt ⁊ qd̄ eſt: ſcd̄a ibi. (oē autē qd̄ ꝯuenit:) tertia ibi. (⁊ q: vt dictū eſt.) prima in duas q: p̄º ponit p̄ᵐ modū cōpoſitionis. 2º remouet quoddā dubiū: ſcd̄a ibi. (niſi forte ſit.) ponit ergo p̄º intentioneȝ ſuā: ⁊ dicit ꝙ quāuis huius ſubſtātie ſint forme ſine mā nō tñ in eiſdē oīmoda ſimplicitas: nec ſunt actus puri vt deus: ſʒ hñt in ſe ꝑmixtionē potētie. 2º declarat ⁊ probat ꝓpoſitū. vult ergo ꝓbare ꝙ ſint cōpoſite ex eē ⁊ eēntia: ⁊ h̄ ꝓbat ꝑ talē rōnē. qcqd ineſt alicui ⁊ nō eſt de intelle ctu qditatis ⁊ eēntie eius hoc eſt adueniēs ⁊ extra faciēs cōpoſitionē cū ipſo. Sʒ eē ita ſe hʒ ad eēntiā ꝙ ineſt ſibi ⁊ non ē de ītellectu eius ergo ⁊c̄. maior pʒ. nā q: albedo ineſt hoī ⁊ nō eſt de ītellectu qditatis eius: iō ē adueniēs extra. ⁊ faciens cōpoſitionē cū eo. minor declarat̃: q: oīs eēntia vel qditas pōt ītelligi ſine eo ꝙ intelligat̃ aliqd de eē ſuo: poſſum eniȝ ītelligē qd ē hō aut phenix: ⁊ tñ igno rare an ſit in rex̄ nā. Et cōcludit ꝙ ex hoc ſequit̃: ꝙ eē in eis ſit aliud ab eēntia: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ cōpoſitionē faciat cū ipa de iſta aūt rōne ponit maiorē: ⁊ minorē cū declaratione. ¶ Nota ꝙ ex his q̄ dicta ſūt expreſſe ⁊ recte colligit̃. ꝙ qñ q̄rit̃ vtrū eſſe ⁊ eſſentia differāt vel ſint idē: non q̄rit̃ de eſſe eēntie: ſʒ de eſſe actualis exiſtētie. ex hoc ꝙ in pro batione minoris dicit ꝙ poſſum intelligere eſſentiā alicu ius abſqȝ eo ꝙ intelligā ipm̄ eſſe in rex̄ nā qd̄ eſt eſſe ac/tualis exiſtentie. Sʒ certum eſt ꝙ nō poſſum intelligere eſſentiā rei: niſi etiā intelligā eſſe eſſentie eius. Et ideo lʒ eſſe actualis exiſtētie. ꝙ ex hoc etiā accipit̃ ꝙ qñ dicit ꝙ aliqd cōponit̃ ex eſſe ⁊ eſſentia ſicut h̄ dicit̃ de ſubſtātiis ſimplicib⁹ intelligit̃ de eſſe actuali exiſtentie ⁊ nō de eſſe eſſentie. ¶ Nota etiā ꝙ ex his que h̄ dicunt̃ aliqui acci/piunt ꝙ nō dʒ dici ꝙ aliqd cōponat̃ ex eſſe ⁊ eſſentia: vt non ꝑ hoc intelligat̃ ꝙ eſſe ſit intrinſecū ⁊ de eēntia illius rei. Sʒ dʒ dici ꝙ cōponat̃ ex eēntia ⁊ cū eē: qd̄ qdē qua liter ſit vex̄ patebit inferius vbi aſſignabit̃ qualiter ſit cō poſitio in eis.

Q̄uō ꝯpō de eē ⁊ eēn tia ītelligat̃ de eodē eē

¶ Deinde cū dicit.

¶ Niſi forte ſit aliqua res cuius quiditas ſit ipſum ſuum eſſe: ⁊ hec res non poteſt eſſe niſi vna ⁊ prima. quia impoſſibile eſt vt fiat pluri/ficatio alicuius niſi per additionē alicuius dif/ferentie. ſicut multiplicatur natura generis in ſpecie: uel per hoc ꝙ forma recipitur in diuer ſis materiis. ſicut multiplicatur natura ſpeciei in diuerſis indiuiduis: uel per hoc ꝙ unuȝ eſt abſolutum ⁊ aliud in aliquo receptum: ſicut ſi eſſet quidam color ſeparatus eſſet alius a co/lore nō ſeparato ex ipſa ſua ſeparatione. ſi aūt ponatur aliqua res que ſit eſſe tm̄: ita ut ipſuȝ eſſe ſit ſubſiſtens. hoc eſſe nō recipiet additio/nem differentie: quia iam nō eſſet eſſe tm̄. ſed eſſe ⁊ preter hoc forma aliqua: ⁊ multominus recipiet additioneȝ materie: quia iam eſſet nō ſubſiſtens ſed materiale. vnde relinquitur ꝙ talis res que ſit ſuū eſſe non pōt eſſe niſi una. Unde oportet ꝙ in qualibet alia re preter eā ſit aliud eſſe ſuum: ⁊ aliud quiditas uel natura ſeu forma ſua. vnde in ītelligentiis oportet ꝙ ſit eſſe preter formā: ⁊ ideo dictum eſt ꝙ intel ligentia eſt forma ⁊ eſſe.

¶ Hic remouet quoddā dubiū. dixerat enim ꝙ ſubſtā tia ſimplex cōponit̃ ex eſſentia ⁊ eſſe: poſſet aliqs dubi/tare vtrū hoc ſit vlr̄ vex̄ in oībus ſubſtātiis ſimplicib⁹: ⁊ rñdit ꝙ ſic vbi dicit: niſi forte ſit aliqua ſubſtātia ⁊ res. cuius qditas ſit ipm̄ ſuū eſſe. Sʒ hec res ⁊ ſubſtātia non pōt eſſe niſi deus qui eſt vna ſubſtātia ⁊ p̄ma oīum. Et hoc ipſe ꝓbat ꝑ talem rōnem. Illud plurificari non pōt in quo nō pōt eſſe aliqua ratio plurificationis. Sʒ in tali re cuius qditas eſt ſuū eſſe nō pōt cadē ratio plurificatio nis ergo ⁊c̄. maior pʒ. minor probatur: q: ꝙ vnū plurifi cetur hoc pōt eſſe trib⁹ modis. Uno mō per additioneȝ alicuius differētie: ſicut multiplicat̃ natura generis ī ſuas ſpecies. Scd̄o ꝑ receptionē in diuerſa ꝑte materie. ſicut multiplicat̃ nā ſpeciei in diuerſis indiuiduis. Tertio mō per hoc qd̄ eſt aliqd̄ abſolutū ⁊ in alio receptum: ſicut ſi eſſet qdā color ſepatus: talis eſſet alius a colore nō ſepa/to ex ipſa ſua ſepatione. Sed certū eſt ꝙ ſi ponat̃ aliqua res que ſit ſuū eē realiter: ita vt ſuū eē ſit ſubſiſtēs ſicut ⁊ ſua eēntia multiplicari nō pōt. p̄mo mō. ſ. per additionē forme: q: iam non eſſet tm̄ eſſe. Sed etiā vltra eſſe eſſet eēntia: ⁊ preter hoc aliqua forma qd̄ eſt ꝯtra ſuppoſita: nec talis res poterit plurificari. ſcd̄o mō multo minus. ſ. per hoc ꝙ addat̃ materie: q: iam nō eſſet eē ſubſiſtens: ſed materiale: qd̄ eſt ꝯtra iam poſita: nec poterit ſupple. ſ. talis res multiplicari. tertio mō per abſolutum ⁊ rece ptum: q: talis res ſupponit̃ ꝙ habeat eſſe abſolutum ⁊ nullo mō receptuȝ cū ſupponat̃ habere eſſe ſubſiſtens. Relinquit̃ ergo ꝙ talis res que erit ſuū eſſe non poterit eſſe niſi vna: ergo etiā ſequit̃ vlterius ꝙ in q̄cūqȝ alia re preter eam aliud ſit ſuū eſſe: ⁊ aliud qditas ⁊ natura ſiue forma ſua vel eſſentia: que oīa idē ſunt. Et ſic ꝯcludit̃ ꝙ in intelligentiis ſit eē: qd̄ eē poteſt intelligi abſqȝ forma ⁊ ecōuerſo: ⁊ hoc eſt quo differunt in omnibus creaturis

Quot mo/dis poſſit ali qd plurifi/cari.

Q̄uo ī ſolo deo eſſe ⁊ eēntia ſunt idē realiter

⁊ ideo benedictū eſt: ꝙ intelligentia eſt habens formā ⁊ eſſe. ¶ Nota ꝙ ex his que dicuntur hic haberetur manifeſte ꝙ in ſolo deo eſſet idem eſſentia cū eſſe: in omnibus autē alijs differunt. Et ex hoc accipit̄ hic quod dicitur. ſ. ꝙ talis res que eſt ſuū eſſe non pōt eſſe niſi vna. ¶ Et vlterius ꝯcludit ꝙ in quacūqꝫ alia re p̄ter eam eſt aliud ſuū eſſe: ⁊ aliud q̄ditas vel nā: ⁊ q: de angelis eſt magis dubiū q̄ꝫ de alijs creaturis: ideo ſingulariter ꝯcludit ꝙ in intelligentijs eſt eē p̄ter formā. ¶ Nota q̄re nō declarauit ꝙ illa eēntia que erat ſuū eē nō poterat multiplicari. 3° mō q: eius declaratio habebat̄ ex 2°. q: ex eo ꝙ dicebat̄ ꝙ non recipit̄ in mā: q: eſt eſſe ſubſiſtens: hꝫ etiā ꝙ nō poteſt multiplicari per abſolutū ⁊ receptum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Omne aūt quod conuenit alicui uel eſt cauſatum ex principiis nature ſue: ſicut riſibile in homine: uel aduenit ab aliquo pricipio extrinſeco ſicut lumen in aere ex influentia ſolis. nō autē poteſt eſſe ꝙ ipſum eſſe ſit cauſatum ab ipſa forma uel quidditale rei: dico ſicut a cauſa efficiente: quia ſic aliqua res eſſet cauſa ſui ipſius: ⁊ aliqua res ſe ipſam in eſſe ꝓduceret: qḋ eſt impoſſibile: ergo oportet ꝙ omnis talis res cuius eē eſt aliud q̄ꝫ natura ſua habeat eſſe ab alio. ⁊ quia omne quod eſt per aliud reducitur ad id quod eſt per ſe: ſicut ad cauſam primam. ideo oportet ꝙ ſit aliqua res que ſit cauſa eſſendi omnib⁹ rebus. eo ꝙ ipſa eſt eſſe tantum. alias iretur in infinitum in cauſis. cū omnis res que nō eſt eſſe tantum habeat cām ſui eſſe: ut dictū eſt: patet ergo ꝙ intelligentia eſt forma ⁊ eſſe quod eē habet a primo ente. quod eſt eſſe tantū. ⁊ hec eſt prima cauſa que deus eſt. Omne aūt quod recipit aliquid ab alio eſt in potentia reſpectu illius. ⁊ hoc quod receptū eſt in eo eſt actus eius. ergo oportet ꝙ ipſa forma uel quiditas que eſt intelligētia ſit in potentia reſpectu eſſe quod a deo recipit ⁊ illud eſſe receptum eſt per modū actus: ⁊ ita inuenit̄ actus ⁊ potentia in intelligentiis. non tamen forma ⁊ materia niſi equoce. Vnde etiā pati recipere ſubiectū eſſe. ⁊ omnia huiuſmodi que vident̄ rebus ratione materie conuenire: equiuoce cōueniunt ſubſtantiis intellectualib⁹ ⁊ corporalib⁹. ut in tertio de aīa cō. dicit.

¶ Declarat q̄uo in ſubſtantijs ſimplicib⁹ dicat̄ eſſe ꝯpoſitio ex actu ⁊ potētia: ⁊ ꝓbat ꝙ in eis poſſit poni talis cōpoſitio: q: in eis eſt talis cōpoſitio ex eē ⁊ eſſentia: ⁊ hoc ꝓbauit per talem rōnē. Omne qḋ recipit aliqḋ ab alio. recipiens ſe hꝫ ad receptū ſicut potentia ad actum. Sed oīs creatura recipit eſſe ab alio: ergo eſſentia que recipit eſſe ſe hꝫ ad ipm̄ eſſe ſicut potentia ad actū. maior pꝫ q: recipere eſt ꝓprietas materie que de ſe dicit potētiā. minor ꝓbatur ſic. Omne qḋ ꝯuenit alicui aut eſt cauſatū ex principijs nature ſue: ſicut riſibile in hoīe: vel aduenit ab alio principio extrinſeco: ſicut lumen in aere ex influentia ſolis. Sed nō pōt dici ꝙ ipm̄ eſſe ſit cauſatū ab ipſa for^a ſiue eēntia ſiue q̄ditate rei. Et dico ſicut a cā efficienti: ⁊ h̄ probat̄: q: ſequit̄ ꝙ aliqḋ eſſet cā ſuiipſius ⁊ aliqua res ſeipſā ꝓduceret in eſſe qḋ eſt impoſſibile: ergo oportet ꝙ oīs talis res cuius eſt eſſe: eſt aliud q̄ꝫ natura ſua habeat ipm̄ eſſe ab alio. Et q: poſſet aliquis dubitare vtrū hoc ſit cōmune oībus que hn̄t eſſe ꝙ ſuū habeant eē ab aliquo: ꝓbat ꝯſequenter ꝙ nō tali rōne dicens ꝙ omne qḋ eſt per aliud reducet̄ de neceſſitate ad id qḋ eſt p ſe ſicut ad cām ꝓpriam: ergo oportet ꝙ ſimiliter ſit aliq̄ res que ſit cā eſſendi oībus alijs rebus ex eo ꝙ ipſa ſit cauſa eſſe tm̄ per ſe: alias iretur in infinitū in cauſis: cū oīs res que nō eſt eſſe tm̄: cām habeat ſui eſſe vt dictū eſt. Concludit ergo ꝙ intelligentia eſt forma ⁊ eſſe: ⁊ ꝙ eſſe habeat a p̄° ente qḋ eſt eſſe tm̄ ⁊ dicit. ꝙ h̄ eſt p̄ma cā que eſt deus. ⁊ ſic ꝯcludit finaliter ꝙ cū eſſentia recipiat eſſe: eſſentia habebit locū potentie: ⁊ eſſe rōnē actus. Et ita ſicut dicunt̄ eſſe cōpoſite ex eſſe ⁊ eſſentia: ita dicunt̄ eē cōpoſite ex actu ⁊ potentia. Non tamē dicit ipſe poterūt dici cōponi ex materia ⁊ forma: niſi equiuoce: q: pati recipere: ſubiectū eſſe: ⁊ alia hmōi equiuoce dicunt̄ cōuenire ſubſtātijs intellectualib⁹: vt dictū eſt ſupra: que q̄dē vident̄ cōuenire reb⁹ rōne materie: vt dicit cōmē. 3° de aīa. ¶ Ad euidentiā huius particule eſt notandum ꝙ ex his que h̄ dicunt̄ hebet̄ manifeſte ꝙ accidētia ꝓpria nō cauſant̄ ex principijs eſſentialib⁹ rei tāq̄ꝫ a cauſa efficiēti. Et hoc poteſt accipi ex quodā dicto qḋ habet̄ in littera: dicit nāqꝫ ꝙ eſſe nō cauſatur a forma tāq̄ꝫ a cā efficienti. Et certū eſt ꝙ nō eſt aliud qḋ ita intrinſece ꝯſequat̄ formā ipſam: ſicut eſt ipm̄ eſſe. intantū ꝙ dicit̄ cōmuniter: ꝙ ipm̄ eſſe eſt effectus ipſius forme: qḋ nō eſt ſic intelligendum ꝙ. ſ. ſit effectus eius. ita ꝙ cauſet̄ ab ipſa tāq̄ꝫ a cauſa efficiente: ſicut ipſe doctor dicit: ſꝫ eſt effectus eius formalis. Si ergo eſſe nō eſt a forma tāq̄ꝫ a cā efficienti multo minus alia accidentia ſunt ab ipſa forma vel a materia ⁊ forma ſimul: tāq̄ꝫ a cauſis efficientibus cauſata. Sed dicunt̄ cauſari ab ipſis inq̄ꝫtum ipſis mediantibus ꝓducunt̄. Et hoc eſt: q: ex vnione ipſoꝝ principioꝝ eēntialium ⁊ principaliū reſultant. Sed ſm̄ rei v̄itatē ab ipſo producunt̄ effectiue: a quo illa principia producunt̄. Sꝫ q: illa cauſa efficiens nō ꝓducit ipſa niſi mediātibus illis p̄ncipijs ad que naturaliter cōſequunt̄. ideo etiā dicit̄ ꝙ cauſant̄ ab illis principijs. Uel poſſumus dicere ꝙ materia ⁊ forma ſint eſſe accidentiū ſubiectiue inq̄ꝫtum illa accipiūt. Et hoc accipit̄ ex v̄bis p̄hi p̄° phyſicoꝝ: qui dicit ꝙ materia ⁊ forma ſunt cauſa oīum reꝝ que ibi ſunt: ſicut mater. Et certū eſt ꝙ mater nō eſt cauſa efficiens. ſed recipiens ſolū in generatione. ¶ Nota ꝙ ſi materia proprie accipiat̄ prout proprie materia ſolū dicit puram potentiā ſm̄ eſſentiā ſuā. Sic in angelis nullo mō poteſt poni materia: ⁊ in animab⁹: q: iſta ſm̄ ſuas eſſentias ſūt quidā actus. Sed ſi accipiat̄ materia large ⁊ equiuoce: prout. ſ. omne recipiens pōt dici materia inq̄ꝫtū ſibi ꝯuenit ratio potentie ⁊ oīs actus pōt dici forma inq̄ꝫtum dat eſſe ⁊ informat. ⁊ ſic non eſt incōueniens in angelis ⁊ in animab⁹ ponere compoſitionē materie ⁊ forme: vel ex materia ⁊ forma inq̄ꝫtū in eis ponimus cōpoſitionē ex eſſe ⁊ eſſentia: q: eſſe eſt ſicut actus informās eſſentiā: ⁊ eſſentia eſt ſicut potentia recipiens ipm̄ eſſe. Et tenentes opinionē ꝯtrariā ſi bene deducant̄ nullam aliā materiam ponūt niſi iſtā que dicta eſt: ⁊ hāc appellant materiā ſpiritualem. Ex quo patet ꝙ nō eſt differentia aliqua inter vnā opinionē: ⁊ aliā niſi in noīe: q: equiuocant de materia. Nos aūt loquimur proprie de ipſa.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quia vt dictum eſt intelligentie quiditas eſt ipſamet intelligentia. ideo q̄ditas uel eſſentia eius eſt ipſum quod eſt ipſa ⁊ eſſe ſuum receptum a deo eſt id quod ſubſiſtit in reꝝ natura. ⁊ propter hoc a quibuſdā huiuſmodi ſubſtantie dicunt̄ cōponi ex quo eſt: ⁊ qḋ eſt: uel ex quo eſt ⁊ eſſe. ut Boetius dicit.

¶ Aſſignat rōnē tertie cōpoſitionis que ponit̄ in ſubſtantijs ſimplicib⁹. ſ. eius qḋ dicit̄: ꝙ cōpoſitio ſubſtātie ſpiritualis: ex quo eſt: ⁊ qḋ eſt. ſ. inq̄ꝫtū cōponit̄ ex eēntia ⁊ eē. Et poſſet ſic ꝓbari: illud qḋ cōponit̄ ex eſſe ⁊ eēntia: cōponit̄ ex quo eſt: ⁊ qḋ eſt. Sed ſubſtantia ſimplex eſt huiuſmodi ergo ⁊c̄. Minor patet. ꝓbatio maioris declaratur: q: ſicut dictū eſt: q̄ditas intelligētie: eſt ipſamet intelligentia: q: ſua for^a q̄ eſt ſua q̄ditas eſt ipſa intelligētia. Et ideo ipſa q̄ditas vel eſſentia eſt ipm̄ qḋ eſt. Ulterius q̄ꝫtum ad aliā ptem: ſuū eſſe receptū a deo eſt illud: quo eſt: vel quo ſubſiſtit in reꝝ natura. Et ſic ſequit̄ ꝙ hmōi ſubſtātie dicunt̄ cōponi ex quo eſt: ⁊ qḋ eſt: ideſt ex eē: ⁊ qḋ eſt: ideſt ex eſſentia vel eſſe: vt dicit ipſe Boetius. ¶ Nota ꝙ ſubſtātie ſpūales nō dicunt̄ ſubſtātie ſimplices eo ꝙ in eis nulla ſit cōpoſitio: q: ſic nō differrēt a deo qui eſt ſimpliciſſimus ⁊ in quo nulla eſt cōpoſitio. Sed ideo dicunt̄ ſubſtātie ſimplices: q: carēt cōpoſitione materie ⁊ forme.

¶ Deinde cū dicit.

¶ Et q: in intelligentiis ponit̄ potentia ⁊ actus nō erit difficile inuenire multitudinē intelligentiaꝝ. qḋ eſſet impoſſibile ſi nulla potētia in eis eſſet. Unde dicit cōmen. in tertio de anima. ꝙ ſi natura intellect⁹ poſſibilis eſſet ignorata. non poſſemus inuenire multitudinem in ſubſtātiis ſepatis. Eſt g̊ diſtinctio eaꝝ adinuicem ſcd̄m gradū potentie ⁊ actus. ita ꝙ intelligentia ſuperior que plus ꝓpinq̄ eſt primo habet plus de actu ⁊ minus de potentia: ⁊ ſic de aliis: ⁊ hoc cōplet̄ in anima humana que tenet vltimū gradū in intellectualib⁹ ſubſtātiis. ¶ Unde intellectus potentialis eius ſe hꝫ ad formas intelligibiles ſicut materia prima: que tenet vltimū gradū in eſſe ſenſibili ad formas ſenſibiles: ut cōmen. tertio de anima dicit: ⁊ iō p̄hs cōparat eā tabule raſe in qua nihil eſt depictū: ⁊ ꝓpter h̄: q: inter alias ſubſtātias intelligibiles plus hꝫ de potentia. ideo efficit̄ in tm̄ ꝓpinq̄ reb⁹ materialib⁹ ut res materialis trahatur ad participādū eſſe ſuū: ita ꝙ ex anima ⁊ corpore reſultat v̄nū eſſe in uno cōpoſito: quāuis illud eſſe ꝓut eſt anima non ſit dependens a corpore: ⁊ iō poſt iſtā formā que eſt anima: inueniunt̄ alie forme plures de potentia habentes: ⁊ magis ꝓpinq̄ materie. In tm̄ ꝙ eſſe eaꝝ ſine materia nō eſt: in qb⁹ etiā inuenitur ordo ⁊ gradus vſqꝫ ad primas formas elementoꝝ que ſunt ꝓpinquiſſime materie. vnde nec aliquā operationem habent: niſi ſm̄ exigētiā q̄litatū actiuaꝝ ⁊ paſſiuaꝝ ⁊ aliorum q̄bus materia ad formā diſponit̄.

¶ Aſſignat differētiā exponēs rōnē multitudinis ſubſtātiaꝝ ſepataꝝ. ⁊ dicit ꝙ q: in intelligentijs ponit̄ potentia ⁊ actus. nō difficile eſt inuenire multitudinē ītelligētiaꝝ: qḋ tn̄ eſſet impoſſibile ſi nulla potentia eēt in eis. ſꝫ eſſent puri actus: vel pure potentie ⁊ ꝯfirmat hoc p dictū cōmē. dicentis. tertio de aīa. ꝙ ſi natura intellectus poſſibilis eſſet ignota nō poſſemus inuenire multitudinē in āgelis ſeu in ſubſtātijs ſepatis. nā aūt intellect⁹ poſſibilis eſt: ꝙ ſit pura potētia in genere intelligibiliū: q̄ ſi ignoretur: ignoraret̄ etiā ratio potētie. ponit ergo diſtinctionē intelligentiaꝝ adinuicē. d. ꝙ eaꝝ diſtinctio eſt: ſm̄ diuerſum gradū actus ⁊ potētie: ita. ſ. ꝙ intelligentia q̄ plus hꝫ de actu ⁊ minus de potētia: illa eſt pfectior ⁊ ſupior ⁊ magis ꝓpinqua deo: illa aūt q̄ plus hꝫ de potentia ⁊ minus de actione eſt impfectior ⁊ inferior ſm̄ gradū ſuū. ⁊ ſic de alijs quouſqꝫ deueniat̄ ad animā rōnalem in qua cōplent̄ tales gradus: q: ipſa vltimū gradū tenet in ſubſtātijs intellectualibus. ſꝫ ſupremū teneat. in formis mixtis materie: vn̄ rōne ſue impfectionis in genere intellectualium: dr̄ ꝙ intellectus poſſibilis eius ſe hꝫ ad formas ⁊ ad ſpecies ītelligibiles ſicut materia p̄ma q̄ tenet vltimū gradū in eſſe ſenſibili: vn̄ ſicut poſſibilis intellectus ſe hꝫ ad ſpēs ita materia p̄ma ſe hꝫ ad formas ſenſibiles ſicut dicit cōmē. 3° de aīa. Et iō non īmerito p̄hs aſſimilat eā tabule raſe in qua nihil pictū eſt in eodē 3°. Et ꝯſiter adiungit doctor ꝙ q: aīa rōnalis inter alias ſubſtātias intellectuales hꝫ plus de potētia: iō intm̄ efficit̄ ꝓpinquior rebus materialib⁹ vt res materiales trahant̄ ad p̄ticipādū ſuū eſſe qḋ nō eſt veꝝ de alijs ſubſtātijs intellectualib⁹: vn̄ ex aīa rōnali ⁊ corpore reſultat vnū eſſe in ꝯpoſito. ſ. in hoīe: q̄uis ꝓut illud eſſe qḋ eſt aīe nō ſit dependēs a corpe. Et ideo dicit ipſe: poſt ipſam formā q̄ eſt aīa inueniunt̄ alie forme adhuc plus habētes de potentia ⁊ magis ꝓpinque materie: intm̄ ꝙ eſſe eaꝝ nō pōt eē ſine materia. Et in iſtis etiā inuenitur ordo ⁊ gradus pfectionis quouſqꝫ deueniat̄ ad p̄mas formas elementoꝝ q̄ ſunt ꝓpinquiſſime materie: ⁊ ideo nullā operationem hn̄t niſi illas quaꝝ q̄litates actiue ⁊ paſſiue pn̄t eſſe p̄ncipia: qb⁹ q̄litatibus materia ad formā recipiēdā diſponit̄. ¶ Nota ꝙ iſta ꝓpoſitio qua dr̄. ſic ſe hꝫ intellectus poſſibilis ad formas intelligibiles ſicut materia ad formas ſenſibiles nō eſt ītelligēda ſimplr̄ oīmode: q: ſilitudo nō tenet in oīb⁹ ſꝫ ſufficit ꝙ teneat in vno. vn̄ ſi bene ꝯſideret̄ dicta ꝓpoſitio in plurib⁹ eſt diſſilitudo q̄ꝫ ſilitudo. tenet aūt in hoc ꝙ ſicut materia p̄ma nullā hꝫ de ſe formā: ſꝫ eſt in potētia ad oēs formas recipiēdas. ita intellect⁹ poſſibilis nullam de ſe hꝫ ſpēm vel formā intelligibilē: ⁊ tn̄ eſt in potētia ſuo mō ad oēs recipiēdas. ¶ Dubitat̄ aūt de eo qḋ dr̄: ꝙ q̄dā forme ſunt ꝓpinquiſſime materie p̄me: q̄dā v̄o remote ſm̄ magis ⁊ minus: vr̄ enim ꝙ oēs ſunt eq̄liter ꝓpinque: tali rōne. illa enim inter q̄ nō cadit mediū ſunt ſibi inuicē eq̄liter ꝓpinq̄: nec eſt dare gradū inter ea: ſed nulla forma eſt inter quā formā ⁊ materiā p̄mā ſit dare mediū: q: oīs forma vnit̄ materie ſine medio: ergo oēs ſunt eq̄liter ꝓpinq̄. q̄ igit̄ rōne vna eſt ꝓpinq̄: ita ⁊ oēs. In oppoſitū eſt doctor in lr̄a. ¶ Ad hoc eſt dicendū ꝙ vna forma eſt magis remota a materia q̄ꝫ alia. Cuius rō eſt q: illa for^a q̄ plures gradus pfectionis cōtinet illa eſt magis ꝓpinq̄ deo ⁊ magis remota a mā. Sꝫ vna forma in ordine ad aliā hꝫ plures gradus pfectiōis. alia v̄o paucīores ergo ⁊c̄. maior pꝫ. q: cū deus ſit pfectiſſim⁹. mā v̄o imperfectiſſima. Illud qḋ hꝫ in ſe plus de pfectione illud magis elōgat̄ a mā ⁊ magis ꝓpinquat̄ deo. minor declarat̄: q: ſi nō eēt ſic: piret ordo vniuerſi q in diuerſis gradib⁹ pfectionis ꝯſiſtit: ergo ⁊c̄. Ad argumētū in oppoſitū eſt dicendū ꝙ de formis poſſumus loq duplicit̄. Uno mō q̄ꝫtū ad vnionē cū mā. ⁊ ſic oēs forme eq̄liter ſunt ꝓpinq̄ materie: q: forme oēs ſibi imediate vniunt̄. ⁊ dico ſine medio in eſſe: ſꝫ poſſet eē mediū in fieri ideſt in acq̄ſitione forme qḋ q̄dē mediū dr̄ eſſe motus. Alio mō poſſum⁹ loq de eis q̄ꝫtū ad gradus pfectionis quos ꝯtinent. ⁊ ſic in eis inuenit̄ ordo: q: illa forma q̄ ſolū vnū gradū pfectionis dicit: eſt ꝓpinquiſſima materie. ſicut eſt forma elementi q̄ non dicit niſi gradū corporeitatis q̄ eſt immediate ſup materiā. Ille aūt ꝯtinēt plures gradus q̄ ſūt magis remote ſm̄ magis ⁊ minus. ita ꝙ aīa rationalis tenet ſupremū gradū inter oēs formas vnitas materie: q: oēs gradus pfectionis in alijs formis inuentos in ſe ꝯtinet: ⁊ ideo eſt a mā remotiſſima. ¶ Dubitat̄ 2° de cōpoſitionib⁹ que ponunt̄ in ſubſtātijs ſimplicib⁹: vtrū ſint v̄e ⁊ vtrū ſint realiter intelligende aut ſm̄ rōnem: q: dicit̄ ꝙ ſint cōpoſite ex eſſentia ⁊ eſſe: ⁊ ex actu ⁊ potentia: ⁊ ex quo eſt ⁊ qḋ eſt. Ad hoc eſt dicendū vt mihi videtur ad p̄ſens: aut q: loquit̄ de iſtis ſubſtantijs q̄ꝫtū ad eaꝝ totale eſſe. ⁊ ſuppoſitale. ſ. ꝓut hn̄t eē in reꝝ nā: aut loquit̄ q̄ꝫtum ad ſuas eſſentias. ⁊ q̄ꝫtum ad ſuū eſſe ſubſtantiale excluſo ipſo eſſe qḋ pōt excludi per intellectum

Q̄uo v̄ificat̄ illa ꝓpoſitō ſicut ſe hꝫ materia ad formas ſenſibiles.

Utrū vna forma poſſit dici magis remota a mā q̄ꝫ alia.

Utrꝫ cōpoſitōes q̄ ponunt̄ ī ſubſtātijs ſimplicib⁹ ſint v̄e ⁊ reales.

Si loq̄mur p̄mo mō ſic dicendū eſt. ꝙ ſunt ꝯpoſite v̄e ⁊ realiter ex eſſentia ⁊ eſſe: ⁊ q: eē ſe h3 ad eſſentiā ſicut actus ad potentiā: ideo dicunt᷑ etiā ex ꝯñti ꝯpoſiti ex actu ⁊ potentia. ⁊ q: eſſentia eſt illud qđ eſt: ⁊ ꝑ ipſuz eſſe hñt eſſe in rex nā: ideo dicunt᷑ etiaz ꝯpoſite ex quo eſt: ⁊ qđ eſt vt determinatū eſt. vñ p3 ꝙ iſte ꝯpoſitiones. ſ. ſcđa ⁊ tertia depēdent ex p̄ma q̄ eſt ex eſſentia ⁊ eſſe: q: ſi ſunt ꝯpoſite ex eſſentia ⁊ eſſe: ſunt etiā ꝯpoſite ex quo eſt ⁊ qđ eſt: ⁊ ex actu ⁊ potētia. Si ergo volum⁹ videre vtrū iſte triplices ꝯpoſitiones v̄e ſint in eis ⁊ realiter: nō eſt aliud ꝯſiderare: niſi vtrū in eis ſit p̄ᵃ ꝯpoſitio ⁊ q̄liter. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt diligent᷑ notādū ꝙ angeli ⁊ aīe ſunt v̄e ꝯpoſiti ex eſſentia ⁊ eſſe tāq̄ ex duob⁹ differentib⁹ realiter: q: vt dictū eſt: eſſentia ⁊ eſſe differūt realiter in creaturis. vñ tā eē q̄ eēntia. ſūt de intrinſeca rōne angeli q̄tū ad ſuū eē ſuppoſitale ideſt inq̄ᵐ hñt eē in rerum natura. Et nec valet dici ꝙ eē ſit accñs: q: etiā accñs pōt eē de intrinſeca rōne alicuius ꝯpoſiti ex ſubō ⁊ accidente: ſicut de intrinſeca rōne hoīs albi inq̄ᵐ eſt albus: eſt albedo l3 nō ſit de intrinſeca rōne hoīs inq̄ᵐ hō. Sic̄ etiā de intrinſeca rōne ipſius angeli inq̄ᵐ h3 eē qđ ē idez ꝙ ꝯſiderare ipm̄ q̄tū ad ſuū eē ſuppoſitale eſt ipm̄ eē l3 nō ſit de intrinſeca rōne eſſentie ipſius āgeli. vt dicet᷑. vñ ſicut de⁹ nō pōt facere albū ſine albedine: q: ipſe nō pōt ſupplere vicē cauſe formalis inherētis: l3 bene cauſe formalis exēplaris: ita etiā nō poſſet facere angelū hr̄e eſſe ſuppoſitale ſine ipſo eē: q: illa implicaret ꝯditionē. ¶ Ex q̄bus oībus p3 ꝙ angeli ⁊ aīe ꝯponunt᷑ v̄e ⁊ realiter ex eē ⁊ eēntia tāq̄ ex duob⁹ realiter differentib⁹. ⁊ q: eſſe ⁊ eēntia ſe hñt vt actus ⁊ potentia: ideo etiā pōt dici ꝙ v̄e ⁊ realiter ꝯponant᷑ ex actu ⁊ potētia. ⁊ q: etiā eēntia āgeli eſt id qđ eſt: eſſe v̄o eſt id quo eſt: ideo pōt dici ꝙ v̄e ⁊ realiter ꝯponant᷑ ex quo eſt: ⁊ qđ eſt tāq̄ ex duobus diſtinctis realiter. Si aūt angeli ⁊ aīe ꝯſiderentur q̄tū ad ſuas eēntias q̄ realiter differunt ab eē: ⁊ q̄tū ad eoꝝ eſſe ſubſtātiale ſic nō pñt dici ꝯponi ex eē ⁊ eēntia: q: ſic eſſet ꝓceſſus in infinitū: q: q̄ret᷑ ſi angelus q̄tū ad eēntiā ſuaz eſſet ꝯpoſitus ex eē ⁊ eēntia. ¶ Nūq̄d illa eēntia ex qua ꝯpoſitus eſt etiā ꝯpoſita ſit ex eē ⁊ eēntia: ⁊ ſi diceret ꝙ ſic: tūc iterū q̄reret᷑ de illa ⁊ ſic ꝓcederet᷑ in infinitū: qđ ē impoſſibile aut ē deuenire ⁊ ꝯfiteri illud qđ p̄ᵒ dicebat᷑. ſ. ꝙ angelus q̄tū ad eēntiā ſuā nō eſt ꝯpoſitus ex eē et eēntia: ⁊ ꝑ ꝯñs nec ex actu ⁊ potētia diſtinctis realit᷑: nec ex quo eſt: ⁊ qđ eſt: ſ3 ſūt oēs q̄tū ad eſſentiā ſuā penit⁹ ſimplices: nullā ꝯpoſitionē realē in ſe hñtes. Et ſi dicat᷑

Utrū eēntia angeli differat ab eēntia dei.

ergo eēntia angeli nō differt ab eſſentia dei: q: vterq̄ videt᷑ carere oī ꝯpoſitione. ¶ Dicen̄. ꝙ nō ſequitur: imo multa dīa erit. Prima q: nō pōt dici ꝙ deus realit᷑ ꝯponat᷑ ex eē ⁊ eēntia. ⁊ ex actu ⁊ potētia: ⁊ ex quo ⁊ qđ eſt. etiā q̄tū ad ſuū eē ſuppoſitale: q: in deo eē ⁊ eſſentia nō differūt realr̄. Scđa q: in ꝯſiderando deū ⁊ angelos q̄tū ad ſuas eēntias differunt: q: l3 vterq̄ ſit ſimplex: tñ eēntia dei eſt p̄ᵃ ⁊ ꝑfectiſſima hñs in ſe oēs ꝑfectiones: ⁊ eſt etiā cā oīum aliaꝝ: qđ nō pōt dici de aliq̄ eſſentia creata vt de ſe p3. Tertio dīnt q: l3 in angelo et in aīa nō poſſit inueniri ꝯpoſitio realis q̄tū ad ſuas eēntias: pōt tñ inueniri aliq̄ ꝯpoſitio rōnis q̄ dr̄ eē ex actu et potētia: ſ3 nec ex eē et eēntia nec ex quo eſt et qđ eſt.

Quot modis poſſit accipi eēntia.

¶ Ad cuius euidētiam eſt ſciendū ꝙ eēntia pōt dupl̄r accipi. Uno mō ſimpliciter et ſm̄ ſe: et ſic eſt qdā actus. Alio mō pōt ꝯſiderari in ordine ad duo. ſ. ad ſuū eē qđ recipit et ſic habebit rōnē potētie: ex eo ꝙ recipiēs reſpectu recepti h3 rōnem potentie. Scđo mō pōt ꝯſiderari in ordine ad ſuas potētias: et ſic hēbit rōnē actus. Et ſic ꝯponit᷑ ex actu et potētia: Que qdē ꝯpoſitio eſt ſolū rōnis: et nō realis: q: idez realiter eſt in eis potētia et actus: ſicut ipſa eēntia eſt vtrū ꝙ tñ ſub diuerſa ꝯſideratōe rōnis: talis aūt ꝯpoſitio nō

Utrū ī deo ſit ꝯpoſitio generis.

pōt poni in deo: q: l3 eēntia dei de ſe ſit qdā actus tñ nullo mō pōt ſubinduere rōnez potentie: q: nō habeat vñ recipiat eſſe nec alias potentias. S3 eſt idē realit᷑ cū ipſis q: oīa ſunt idem in deo. Et ſi dicat᷑ ꝙ poſſum ꝯſiderare eſſentiā dei inq̄ᵐ recipit eſſe et eſſe inq̄ᵐ recipit᷑ ſicut videmus in creaturis: ſic aliq̄ ꝯpoſitio rōnis poterit poni in deo. ¶ Dicen̄. ꝙ iſta ꝯpoſitio rōnis eſt v̄a q̄n aliqd rn̄dit ſibi in re. Sic̄ dicimus ꝙ eēntia angeli realit᷑ de ſe eſt qdā actus: et realit᷑ etiā recipit ipm̄ eſſe tāq̄ diuerſu3 ſibi: et ſic iſta ꝯpoſitio rōnis q̄ ponit᷑ in angelo h3 aliqd in re: ſ3 nō eſt ſic in deo: q: ipſa ſua eēntia q̄ eſt actus purus nō recipit de ſe ipm̄ eſſe tāq̄ ſibi diuerſum. vñ talis ꝯpoſitio nō eſt ꝯpoſitio rōnis v̄e: q: nō h3 fundamētū in re: ſed eſt ꝯpoſitio fictionis: q: ſolū ponit diuerſitatez in nobis et nō in deo: q: cū nos videmus ꝙ in creaturis talis ꝯpoſitio pōt poni vt dictū eſt: etiā nos ipm̄ deū intelligimus ſm̄ modū creaturaꝝ: ideo dicimus ꝙ in deo eſt talis ꝯpoſitio rōnis. Et q: facta eſt mētio de ipſo eſſe dubitari pōt in quo p̄dicamēto ſit eſſe. ¶ Ad qđ pōt reſpōderi ſic: q: aut loq̄mur de ipſo eſſe in cōi: aut loq̄mur de eſſe in ſpāli. Si p̄mo mō et ſic dicendū eſt: ꝙ in nullo p̄dicamento eſt: ſed circuit omne p̄dicamentū ſicut ipm̄ ens. Si aūt loq̄mur de eſſe ſcđo mō. ſ. in ſpāli: et ſic dupliciter: q: aut loq̄mur de eē eſſentie: aut de eſſe actualis exiſtentie. Si de eſſe eēntie tūc dicendū ꝙ cū tale ſit idez realiter cū eēntia erit in eodē p̄dicamento cū ipſo. et ſicut eſſe eſſentie hoīs eſt in p̄dicamento ſubē ita et eſſe eſſentie albedinis eſt in p̄dicamento qualitatis et ſic de aliis. Si aūt loq̄mur de eſſe actualis exiſtentie ſic etiā dupl̄r: q: aut ſimpl̄r ꝯſiderat᷑ et ſm̄ ſe: et ſic eſt in genere accidentis: et in p̄dicamento q̄litatis: q: oīs actualis exiſtētia eſt quoddā accñs. vñ dicit Auicen̄. ꝙ cū dico hō eſt: ꝙ iſta p̄dicatio eſt ꝑ accñs ſiue accidētalis ſi ibi accipiat᷑ eſſe pro actuali exiſtentia. Si aūt accipiat᷑ pro eſſe eſſentie: et ſic eſt p̄dicatio eēntialis. Aut pōt accipi ſcđm ꝙ eſt terminus alicuius. Et ſic dicendū eſt ꝙ eſt in illo p̄dicamento in quo eſt illud cuius eſt terminus: ſicut eſſe actualis exiſtentie hoīs eſt in illo p̄dicamento in quo eſt hō: et eē actualis exiſtētie albedinis eſt in illo p̄dicamento in quo eſt albedo. et ſic de aliis. et hoc eſt ꝑ reductionē. Quot aūt modis aut q̄liter aliqd ſit in p̄dicamento ꝑ reductionem oſtendet᷑ in ſequenti lectione vbi oſtēdit᷑ quot modis ſit aliquid in predicamento per reductionem.

## ¶ Quō eſſentia tripliciter inuenit᷑ in rebus.

b His igit᷑ uiſis patet quō eſſentia inuenitur in diuerſis. Inuenitur aūt triplex mod⁹ habendi eſſentiā in ſubſtātiis. Aliqd. n. eſt ſicut deus cui eſſentia eſt ipſum ſuū eſſe. Et ideo inueniunt᷑ aliq ph̄i dicentes ꝙ deus non habet eſſentiā: q: eſſentia eius no eſt aliud q̄ eſſe eius.

### Lectio nona.

p Oſtq̄ doctor oſ̄dit ſuꝑius q̄ ſit eſſentia tā in ſubſtātiis ꝯpoſitis q̄ ſimplicib⁹. In iſta p̄te nūc vt clarior ſit doctrina doctor recolligit ea que dicta ſūt: et diſtinguit oēs eſſentias in tria genera. Et diuidit᷑ in tres ꝑtes ſm̄ ꝙ tria genera eſſentiaꝝ tangit. 2ᵃ ibi. (ſcđo mō inuenit᷑.) tertia ibi. (tertio mō inuenit᷑.) p̄ma in tres diuidit᷑. q: in p̄ma ponit p̄mū modū habēdi eſſentiā. ſcđo elicit q̄ndā v̄itatez ex dictis. tertio declarat q̄dā dubia. ſcđa ibi. (et hoc etiā ſequit᷑.) tertia ibi. (nec oz) p̄ᵒ ergo p̄mittens intētionē ſuā et p̄mittit p̄mū modum eſſentie et dicit ꝙ ex his q̄ dicta ſūt. p3 quō eſſentia inueniat᷑ in diuerſis: et declarat ſeipm̄. d. ꝙ inuenitur triplex modus hn̄di eſſentiā in ſubſtātiis. quoꝝ p̄mus eſt ꝙ aliquid eſt qđ h3 eſſentiā q̄ eſt idē realiter cū ſuo eſſe. Et hoc eſt ipſe deus. et ex hoc aliq ph̄i dixerūt ꝙ deus nō h3 eſſentiā. q: ſ. ſua eēntia nō differt a ſuo eē. ¶ Notandū ꝙ ſolus deus h3 eſſe ꝑ eſſentiā ſuā. oīa v̄o alia habent eſſe ꝑ ꝑticipationē. et ideo deus eſt primū ens inter oīa entia. q: illud qđ eſt tale ꝑ eſſentiā eſt prius oīb⁹ illis que ſunt ꝑ ꝑticipationē talia ſicut ignis q̄ eſt ꝑ eēntiā ſuā calidus eſt p̄mū ī genere calidoꝝ: et ſol h3 eſſe lucidu3 ꝑ eſſentiā: et ideo eſt p̄mū in genere lucidoꝝ. ¶ Dubitat᷑



Quō eē ⁊ eſſentia in deo ſūt idē.

ſine argumētis vtrū eē in deo de neceſſitate differat ab eēntia ſua. Ad qđ eſt dōm ꝙ nō: ſed ē idem realiter cu3 ipſa cuius rō eſt. q: ſi eē in deo eēt aliud q̄ eēntia. tūc ſequeret᷑ hoc ꝙ aliqd eēt cā ſuipſius vel ꝙ deus hrēt cāz aliquā efficientē priorē ſe: ſed ꝯñs eſt falſum. ergo ⁊ antecedens. falſitas ꝯñtis eſt manifeſta. ꝓbatio ꝯñe: q: omne qđ ineſt alicui ⁊ aliud ē ab ipſo. aut cauſat᷑ a p̄ncipiis eēntie eius ſicut riſibile. aut cāt᷑ ab extrinſecis ſic̄ albedo vl̄ aliqd huiōi. S3 ſi eē cātur a p̄ncipiis eēntie ſic idē erit cā ſuipſius q̄tū ad ꝓductionē in eē. Si āt eē in deo cāt᷑ ab alio extrīſeco. tūc hēbit cām efficientē priorē ſe. ergo ⁊c̄. ¶ Deinde cu3 dicit.

## ¶ Et ex hoc ſequit᷑ ꝙ ipſe nō ſit in genere: q: oē quod ē in genere op3 ꝙ hēat q̄ditatē p̄ter eē ſuū cū quiditas aut nā generis aut ſpeciei nō diſtinguat᷑ ſm̄ rōnē nāe in illis quoꝝ ē genus vel ſpēs. ſed eē ē in diuerſis diuerſimōe.

¶ Elicit ēt quādā veritatē ex dictis. ſ. ꝙ deus nō ſit ī aliquo genere: ⁊ hoc ꝑ eandē rōnē. Oē qđ eſt in gnē oz ꝙ hēat eēntiā differentem ab eē ſuo. ſed deus non h3 eēntiam differentem ab eē ſuo. ergo ⁊c̄. minor p3 ex dictis maior declarat᷑. q: q̄ditas vel eēntia generis vel ſpēi nō diſtinguitur ſm̄ rōnem nature in illis quoꝝ ē genus vel ſpēs. S3 eē ē bene diuerſu3 in diuerſis. S3 ſi eē ⁊ eēntia eēnt idez tūc ſi vnū diſtingueret᷑ ⁊ reliquū. ⁊ ſi nō vnum nec reliquū. Cū g° eē diſtiguat᷑. eēntia v̄o nō op3 de neceſſitate dicere ꝙ eē ⁊ eēntia realiter differāt in oībus q̄ ſūt in aliquo genere. Iſtius. n. rōnis ponit maiorē cū ꝓbatione.

Utrū deus ſit in aliquo genere

¶ Dubitat᷑ vtrū verū ſit ꝙ deus nō ſit in aliquo gene᷑. ⁊ vr̄ ꝙ ſic ſaltē ꝙ ſit in p̄dicamēto ſubē: q: certū ē ꝙ iſta ē bona p̄dicatio deus ē ſuba: cū ſuba dicat᷑ eē oē illud qđ h3 per ſe eē. ⁊ deus h3 ꝑ ſe maxime eē. g° deus ē in gnē ſubē lic3 nō ſit in aliquo alio genere. ¶ Ad hoc eſt dōm ꝙ deus nō ē in aliquo genē qđ ꝓbatur optime a ſācto Thoma p̄ma p̄te. q. 3. ar. 5. ⁊ rō ē q: oē qđ eſt in aliquo genere aūt ē ꝑ ſe ⁊ directe: aut ſm̄ qd ⁊ īdirecte. ſ. ꝑ reductionē. Sed de⁹ nullo iſtoꝝ modoꝝ pōt dici eē in genere. g° ⁊c̄. maior p3. minor ꝓbat᷑. Nō. n. pōt dici ꝙ directe. q: ſic eēt ſpēs. oīs aūt ſpēs ē ꝯpoſita ex genere ⁊ dīa. oē aūt ꝯpoſitū ex genere ⁊ dīa h3 in ſe aliqd potētionalitatis cū ſꝑ gen⁹ ⁊ illud a quo accipit᷑ gen⁹ ſe h3 ad dīam ⁊ ad id a quo accipit᷑ dīa vt potētia ad actū. S3 in deo nulla rō potētie cadere pōt: ⁊ dico paſſiue: q: ſic nō eēt qd ꝑfectiſſimū. g° ⁊c̄. potētia aūt actiua bn̄ ponit᷑ in deo ſed illa nullā imꝑfectionē īportat.

Quot modis dicat aliquis eſſe in genere

Quot modis poteſt aliquid eſſe in genere ꝑ reductionē

¶ Silr̄ nō pōt poni in genere ꝑ reductionē: Ad cui⁹ euidētiā ꝯſiderandū ē: ꝙ aliqd pōt poni in genere ꝑ reductionē ſex mōis. Primo ſicut ꝑtes q̄ ꝯſtituūt aliqd totū: ſunt in gene ſui totius ꝑ reductionē: ſicut aīa rōnalis ⁊ corp⁹ ſūt in genere hoīs ꝓut ſūt ꝑtes ipſi⁹ hoīs. Scđo mō ſic̄ oppoſita eorū que ſūt in p̄dicamēto ꝑ ſe: ſunt ēt in p̄dicamēto ꝑ reductionē: ſicut p̄uationes ⁊ negatiōes ſūt in genere ſuorū habituū. ſicut cecitas ē in eodē genere cū viſu. ⁊ ſic d̄ aliis plib⁹. Tertio mō ſicut p̄ncipia ſūt in genere p̄ncipiatoꝝ ꝑ reductionē: ſicut pūctus ē in eodē gnē cū linea: ⁊ vnitas cū nūero. 4° mō ſicut īꝑfectū ponit᷑ in p̄dicamēto ꝑfecti ꝑ reductionē: vt motus q̄ ē imꝑfectus ponitur in p̄dicamēto ſui termini q̄ ē ꝑfectus. 5° mō ſicut inferiora ſūt in p̄dicamēto ꝑ reductionē ſuoꝝ ſupiorū: ſic̄ īdiuidua q̄ nō ſūt ꝓprie in p̄dicamēto: tñ ꝑ reductionem ſūt in p̄dicamēto ſuaꝝ ſpēꝝ. 6° mō ſicut terminus ē in p̄dicamēto illius cui⁹ ē termin⁹ ſicut ē eē actualis exiſtētie qđ ē terminus alicui⁹ rei: cū illa re in illo p̄dicamēto cui⁹ ē termin⁹ ſicut eē actualis exiſtētie hoīs ē in eodē p̄dicamēto cū hoīe: ⁊ hoc ē qđ ſupra p̄mittebat᷑ eē dicendu3. ¶ Ad ꝓpoſitū applicando oīa iſta patēt diſcurrēdo per ſingula ꝙ deus nullo iſtoꝝ modoꝝ pōt poni in genere: q: nō pōt eē pars alicui⁹ toti⁹ q̄tū ad p̄ᵐ. Nec p̄uatio ł negatio cū ſit ens realiſſimū q̄tū ad 2ᵐ. Nec pōt eē p̄ncipiū eo mō quo pūct⁹ ⁊ vnitas ſūt p̄n³: vt de ſe p3. q̄tū ad 3ᵐ. Nec ē ēt qdā motus. cū ſit qd ꝑfectiſſimū. q̄tu3 ad q̄rtū. Nec ſicut īdiuiduū qđ ſupra ſe hēat aliqd: cū ſit ſup oīa q̄tū ad q̄ntū. Nec ēt ē termin⁹ alicui⁹ ꝑ aliquam īherentiā ſicut eē actualis exiſtētie. q̄tū ad ſextū. g° ſeqtur ꝙ nullo mō ſit in genere. i. in p̄dicamēto. ¶ Ad arᵐ ē dōm ꝙ ſuba pōt accipi dupl̄r. Uno mō ꝓut ſuba ſolū dicit id qđ h3 ꝑ ſe eē: ⁊ nihil aliud. ⁊ ſic vere pōt dici ꝙ deus ē ſuba: ſed ſic ſuba nō ē p̄dicamētū. Scđo mō pōt accipi ſuba ꝓut dicit id qđ h3 ꝑ ſe eē: ita tñ ꝙ illud eē dīt ab eēntia. ⁊ iſto mō de⁹ nō ē ſuba vt p3. ⁊ iſto mō accipiēdo ſubam ē p̄dicamētū. ¶ Deinde cum dicit.

## ¶ Nec op3 ꝙ dicat᷑ ꝙ deus ē eſſe tm̄: ut errorē eorū incidamus qui deū dixerūt eē illud eſſe vl̄e quo quelibet res formaliter eſt. huiuſ enī qđ deus ē: hoc ꝯditionis eſt: ut nulla ſibi additio fieri poſſit. uñ per ipſam ſuā puritatē eſt eē diſtinctū ab oī eē: ꝓpter qđ in cōmento ix. ꝓpoſitionis libri de cauſis dicitur ꝙ indiuiduatio prime cāe que ē eſſe tm̄ eſt ꝑ puram bonitatē eius. Eſſe aūt cōe: ſicut in intellectu ſuo non includit aliquā additionē. Ita nec includit in itellectu ſuo aliquā precīſionē additionis. q: ſi hoc eēt nihil poſſet ītelligi eē in quo ſuper eſſe aliquid adderetur.

¶ Quoddā ſiue q̄dā dubia. ⁊ circa hec duo facit ſm̄ ꝙ declarat duo dubia. 2° ibi. (Silr̄ q̄uis). declarat. ergo p̄mū dubiū qđ tale ē. Poſſet. n. aliqs dubitare ⁊ dicer᷑ ꝙ eē diuinū ē de plib⁹ p̄dicabile. ⁊ ꝑ ꝯñs ipſe de⁹ d̄ pluribus p̄dicaret᷑. ſeu de oībus reb⁹. ⁊ hoc ex his q̄ dcā ſūt q: dcm̄ ē ꝙ eē dei nō dīt a ſua eēntia. S3 certū ē ꝙ eēntie diuine nihil addit᷑ cum non poſſit hr̄e rōnez potētie dico paſſiue. ergo nec ipſi eē diuino ſit aliq̄ additio. Sed ens cui nihil addit᷑ dr̄ ens cōe qđ de oībus p̄dicat᷑: quo q̄libet res ē formalr̄. g° eē diuinū de oībus p̄dicat᷑. vñ ſicut poſſumus dicere ꝙ hō ē ens ita pōt dici ꝙ hō ē ens diuinū vel ē de⁹. ¶ Hāc ergo dubitationē remouēs dicit ꝙ hoc nō op3: q: alteri⁹ ꝯditōis ē ens diuinū ſeu eē ⁊ alterius ē eē vl̄e qđ p̄dicat᷑. q: eē diuinū ſiue de⁹ ē: huius ꝯditiōis ꝙ nulla additio ſibi fieri poſſit: ⁊ ꝓpter ipſā ſuā puritatē ⁊ ſimplicitatē ē eē diſtictū ab oī eē: ꝓpt᷑ qđ ēt in cōmēto none ꝓpoſitiōis libri de cāis dr̄ ꝙ īdiuiduatio p̄me cāe que ē eē tm̄ ē ꝑ purā bonitatē eius. S3 ipm̄ eē cōe vel vl̄e ē iſtius ꝯditiōis ꝙ ſicut in ītellectu ſuo nō īcludit aliquā additionē ita nō excludit in ſuo intellectu p̄ciſionē additiōis. Et aſſignat ſtatim cām. q: ſi in ſuo ītellectu īcluderēt p̄ciſionē additiōis. tūc nihil poſſet ītelligi eē ī quo ſup eē aliqd adderet᷑ qđ ē īcōueniēs. Nota ꝙ tota virtus ſolutiōis in h̄ ꝯſiſtit. q: hoc qđ dr̄ eē: ē cui nihil addit᷑: pōt hr̄e duplicē ſenſu3. aut q: eē nihil addit᷑ q: de rōne eius ē ꝙ nulla fiat additio nec fieri poſſit: ⁊ tale ē eē diuinū. q: de rōne eius ē ꝙ nulla ſibi fiat additio. Aut pōt ītelligi eē: ē cui nihil addit᷑: ex eo ꝙ nō ē de rōne ſua ꝙ ſibi fiat aliqua additio: vel nō fiat. ⁊ tale eē ē cōe p̄dicabile de oīb⁹. vñ eſſe diuinū ſimpl̄r excludit additionē. Eſſe

Utru3 eſſe diuinum p̄dicetur de omnib⁹ rebus

aūt cōe nec ſimpl̄r excludit nec īcludit ſed vtrū. q: pōt ſibi accidere. Silr̄ ē aūt qđ dcm̄ ē: ſicut ſi dicat᷑ q̄ aīal irrationale: ⁊ aīal ſūt idē. q: nulli iſtoꝝ ſit additio rōnis. S3 dīnt in hoc q: aīali irrōnali nō ſit additio rōis: q: de rōne ſua ē: ꝙ ſibi non fiat additio rōnis. aīali v̄o ſit additio: q: nō ē de rōne ſua ꝙ ſibi additio fiat vel ꝙ nō fiat. vñ aīal irrōnale ſimpl̄r excludit rōem. Aīal aūt nō ſimpl̄r includit: nec excludit: ſed vtrūq̄ poteſt ſibi aduenire.

¶ Deinde cum dicit.

## ¶ Similiter ēt q̄uis ſit eē tm̄: nō op3 ꝙ deficiant ei reliqúe ꝑfectiones uel nobilitates. immō habet oēs perfectiones que ſunt in oībuſ

generibus ꝓpter qđ perfectum ſimpliciter dicitur. ut phs ⁊ cōmen. in .v. meta. dicūt. Sed habet eas modo excellentiori omnibus rebꝰ quia in eo omnes vnū ſunt: ſed in aliis diuerſitatem hñt: ⁊ hoc ē quia oēs ille ꝑfectiōes ꝯueniūt ſibi ſm ſuum eē ſimplex: Sicut ſi aliqs ꝑ unā qualitatē poſſet efficere opatiōes oium q̄litatū. In illa una q̄litate oēs q̄litates haberet Ita deꝰ in ipſo eē ſuo oēs ꝑfectiōes hʒ.

¶ Soluit 2m dubiū qđ tale eſt. poſſet eni aliqs dicere. Si deꝰ eſt ſuū eſſe tm̄. ergo in ſe nō hʒ oēs ꝑfectiōes. qꝛ eē viuere ītelligere ſic ſe hñt adinuicē ꝙ ītelligere viuere icludit eē. nō aūt ecōuerſo. Intelligere vō icludit viuere ⁊ eē ſed nō ecōuerſo. g° id qđ eſt eē tm̄: nō includit in ſe ꝑfectiones viuēdi ⁊ ītelligēdi. Si ergo deꝰ ē eē tm̄: nō icludit in ſe oēs ꝑfectiōes: viuēdi ⁊ ītelligendi: nō ergo ē deꝰ eē tm̄. qꝛ nō icludit in ſe oēs ꝑfectiones. Hanc g° dubitationē ſoluit. d. ꝙ q̄uis deus ſit eē tm̄ nō tñ opʒ ꝙ ei deficiāt oēs perfectiōes ⁊ nobilitates. īmo hʒ in ſe oēs

Quō ī domino deo ſunt omneſ perfectōes

perfectiōes q̄ ſunt in oībus generibꝰ: ꝓpter qđ ipſe ſolus deus dr̄ perfectus eē ſimplr̄. vt ait phs ⁊ Cōmen. 5. meta. Sed vlterius dicit ipſe ꝙ hʒ illas ꝑfectiōes mō excellētiorbꝰ rebus ex eo ꝙ in eo ſūt vnū ſimplr̄. qꝛ eēntia ſua oēs ꝑfectiones in ſe ꝯtinet: que ē vna ⁊ ſimpliciſſima. In oībus aūt alijs rebus diuerſitatē hñt. ⁊ declarat ꝑ exēplū. d. ꝙ ita ē de deo in ordine ad alias creaturas: ſicut ſi vnus hō ꝑ vnā qualitatē poſſet ꝑficere oēs ꝑfectiones oium qualitatū. in illa vna q̄litate oēs q̄litates haberent ⁊ excellētiori mō. qꝛ vnite magis: ita deus in ſuo eē oēs ꝑfectiones hʒ. ¶ Dubitať hic de hoc qđ dictū eſt. ꝙ doctor nō ſoluit qōnes aſſignādo cām: nec rn̄dit ad argum. ſed ſolū dicit ꝙ ita ē. Et iō ad pleniorē ītelligentiam ꝑdictoꝝ ſciendū eſt ꝙ deus hʒ in ſe oēs ꝑfectiones creaturaꝝ excellentiori mō. Cuiꝰ rō eſt. qꝛ qcqd ꝑfectionis ē in effectu totū ꝯtinet in cā. Aut eodē mō ſicut qñ cā eſt vniuoca: aut excellentiori mō: ſicut qñ cā ē analoga. Cū ergo deus ſit cā efficiens oīum. ſeqť ꝙ hēat in ſe oēs ꝑfectiōes. ⁊ cū nō ſit cā vniuoca: ſed analoga: ſeqť ꝙ habeat in ſe eas excellētiori mō. ¶ Ad arm in oppoſitū ē dicendū ꝙ eē pōt dupl̄r accipi. Uno mō ſimpl̄r ⁊ ſm ſe:

Quot modis poteſt accipi eſſe.

⁊ ſic eē in ſe non includit oēs alias perfectiōes. Sed oēs alie icludunt ipm. Alio mō pōt accipi ꝓut ſubſiſtēs ē. ⁊ ſic oēs ꝑfectiōes includit. Cuiꝰ rō ē. qꝛ oē qđ ē ſubſiſtēs in aliquo genere hʒ in ſe qcqd ꝑfectiōis ē in illo gene. e. Sicut ſi eēt aliqua albedo ſubſiſtēs hēret in ſe oēs ꝑfectiones albedinis ī eſſe. g° a ſimili id eſſe qđ eſt eſſe ſubſiſtēs hʒ in ſe oēm ꝑfectionē eēndi. ſed cūʒ oēs ꝑfectiones ſint ꝑfectiones eſſendi eo ꝙ oē qđ hʒ tale eſſe. Sequitur ergo ꝙ ſi deus eſt eſſe tm̄ ⁊ ſubſiſtens qđ in ſe habeat oēs ꝑfectiōes eēndi ⁊ mō excellētiori qꝛ hʒ eas analogice.

